in trac.de queſtio.Bel.in prac.in tit. de queſt. xx.col.Boni.in tit.que deb.pcece.tor.Ang.in gloſ.fama pub.iij.q.in materia torture,& ibi dem Augu.& Bernar.Brun.in.d.v.q princi. verſic.ſed ponamus ꝙ tortus negat.Bar.in.l. vnius.§.i.ff.de queſt.& ibi per Alex.poſt eũ & plene per Mar.in.l.repeti.ff.eo.Cy.& Ia. de are.in.l.fi.C.de queſtio.Saly.in.l.ij.C.de cuſto.reo.Bal.in.l.i.C.de confeſſ.Ang.in.l.i. §.ſi quis.ff.ad ſilleia.Bal.in.d.l.milites.& in. c.i.§.ſi furtum de pace iur.firm.Ioa.and.& Panor.in.c.cum in cõtemplatione.de reg. iur.Catald.in tra.ſind.q.ccxx. Par.eo.tra.in d.uer.tortura.lo.iij.ver.de repetitione torture.Bal.in conſi.cclxxvi.i.volu.Cuma.in cõſi.cxxxviij.Cur.in con.lx.Cep.in cõſ.lxviij. Alex.conſi.v.i.volu.& in con.clxxix.ij.vo. & poſt Bar.in.d.l. vnius.§.i. Tho.grã.in cõſil.xxi.& conſi.lxiiij.Pau.gri.in tra.de queſtio.in fi.vij.q.Mar.in.d.§.expedita.& in.§. qm̃.in prin.in pract.& in conſi.xiiij in fi.& conſ.xxvij.And.& Mat.in.d.conſtit.ſi damna clandeſtina.xi.not. Ex quorum omnium dictis concluſio.ſumitur,ꝙ tortura nõ debet de iure repeti abſq; nouis indicijs, idem ſi cũ leuibus.Et ꝙ talia indicia ſint vrgentiora primis,licet conſuetudine auidi iudices inanis gloriæ contrarium obſeruent, vt indifferenter iuxta qualitatem indiciorum repetant, abſq; nouis indicijs,& maxime ſi prima indicia ſint multum vrgentia , & manifeſta iuxta dictũ Bart.in.d.l.vnius.Tamen male faciunt,& tenent̃ in ſindicatu,maxime ſi mortuus fuerit,aut debilitatus,& ita reſident dicti doct.Brun.vero in.d.v.q.prin.Latius diſtinguit v3 ꝙ aut tortus ex primis indicijs fuit competenter tortus,aut minus competẽter,aut leuiter.Primo caſu aut noua ſuperuenerunt indicia,& validiora primis,& tũc indiſtincte tortura repeti põt per.d.l.vnius. §.i.Aut indicia ſunt æqualia primis,vel minora,& tũc aut inpria tortura reus cõfeſſus eſt,inde ductus ad bancum iuris negauit , & tunc ex quo nouum reſultat indicium poteſt torqueri,etiam abſq; alio indicio,vt per Bal.in.l.in bonefidei.C.de iureiur.Aut nihil fuit confeſſus,& non poteſt repeti ſine nouis indicijs,per.d.l.repeti. Et niſi iudicia ſint grauiora,& vrgentiora primis, iuxta.d.Bar.in. d.l.vnius.§.i.ſi vero tortura fuit leuis, Et tunc indiſtincte poteſt repeti abſq; alijs indicijs per Bal.hic,& Ioa.and.in.c.cum in contemplatione. nam leuis tortura non dicit̃ tortura vide etiam diſtinctionem vt per Mar.in d.l.repeti & Par.in.d.ver.de repetitione torture.And.vero & Math.in.d.conſti.ſi dãna clande.xi.no.& Par.in.d.ver.de repetitione. Dicunt repetitionem torturę.fore arbitrariã & ita cõmuniter dicunt maxime Par.vbi ſupra obſeruari.nam ſi iudici videbitur ꝙ nõ ſit ſufficienter tortus pro prima vice, habita conſideratione robuſtitatis torti & tollerantie tormentorum vel eius debilitatis,indiciorum vehementia & delicti inmanitate,& loci torturę, vt ſi tracti fuerint dati a loco multum alto vel baſcio.Et ſi fuerit parum alciatus, ꝙ tunc repetitur tortura , quaſi prima nõ fuerit integra vel ſi iudex ſupſederit in tortura dicendo non plus pro hodie,& ideo dicit.Par.Quod iudices vbi vident tortum durum in tormentis ꝙ dant ei duos aut tres ictus cordę,inde proteſtantur & dicunt faciẽdo in actis ſcribi,ꝙ hodie intendunt ſuperſedere in tortura iam incepta, & non perfecte data animo tamen repetendi torturam, quoties opus fuerit ad indagandam veritatẽ,quę practica fuit ſumpta ex.d.l.vnius. Et vltra dicit ꝙ faciunt torto accomodari brachia & ꝑ aliquos dies ſuperſedent deinde repetunt ad torturam, taliter quod torquendus ſentit maximum dolorem,dum repetitur vt vix ſtet quod non confiteatur vt dixit And.in.c i.§.publi.latrões.de pa.ten. aliqui permittũt. per duas aut tres horas quieſcere in corda , & a tortura , & ſinunt nudum refrigerari & poſtea iterum torquent.nam tunc magnum ſentit dolorem & maxime ſi aquam frigidã indorſo proijcit.que tamen dicit fieri non debere niſi ĩ grauibus delictis vt in criminibus qualificatis,parricidio,aſſaſſinio,& crimi.lęſę maie.& publicis latronibus, & diſrobatoribu ſtratarum.Math.vero in.d.cõſti.ſi dãna clandeſtina.poſt diſtintionem quam facit ꝙ aut ꝑ indicia remota & nõ propinqua &

tunc

tunc non repetitur abſq; nouis indicijs vrgen tioribus primis, niſi fuerit leuiter tortus. Aut indicia ſunt proxima, & fortiora, & tūc pōt repeti abſq; alijs īdicijs, dūmodo fiat tortura, cum moderamine, tñ dicit vidiſſe bonos iudi ces obſeruare ꝙ nunq̄ repetiti ſunt torturam abſq; nouis indicijs. In tm̄ ꝙ ſi repetaẗ abſq; indicijs, & cōfiteatur non pōt condēnari, nec nocet ſibi nec alijs, vt per Par. in. d. uer. de re petitione. circa prin. & in uer. viſo de repeti tione. vbi etiam ſi ſit ratificata ſecundū Bal. in. l. creditor. §. iuſſus. ff. de appella. & Mar. in d. §. qm̄. in pra. & per Bru in. d. v. q prin. ver. ſed ponamus ꝙ quis eſt minus legitime tor tus. Limita vt ſupra niſi ſi tortura nō fuiſſet perfecte data ſata ꝑteſtatione vt ſupra. Li mita ēt niſi repetatur & torqueatur ad oſten dendum ſocios & mandatores, nam non re quirunẗ indicia Ang. in. l. & ſi certus. ff. ad ſil le. Mar. in. d l. repeti. ver. hisviſis. Ang. in glo. ſemproniū māda. ij. col. ver. bene no. in gl. fa ma publ. ver. qro aliqs. Deci. in cōſi. clxxxix. Mar. in pra. in. §. diligēter. ver. modo inciden ter quero. Limita niſi eſſet induratus corpore & animo, nam repeti pōt vt ꝑ Bar. in. l. vni us. §. reus. ff. de queſtio. vbi quid tunc faciat iudex & quando dicaẗ induratus corpore & animo, ibidē & per And. in. d conſti. ſi dam na clandeſtina. vbi declarat. Et no. ꝙ repeti tio torturę debet fieri poſt publicatas atteſta tiones, & non ante publicationem proceſſus ita Bar. in. d l. vnius. § .i. & Ang. in. d. gl. fama pub. iij. q. vbi ēt dixit ꝙ ſi ꝓceſſus eſt publica tus, & non fuerunt examinati teſtes ſuper om nibus articulis poſſunt examinari ſuper ar ticulis ſuper quibus nō fuerunt examinati, nō obſtante publicatione, & ideo ſi fiat articu lus ſuper maleficio, & publica voce, & fama & nihil de fama dixit dum deponit ſuper ma leficio dicēdo ſe nihil plus ſcire, poteſt repeti ſu per fama per allegata per eum, & per Bal. in cōſi. cclxx i. vo. Sed que dicanẗ noua indicia. dic ꝙ debent eſſe diuerſi generis a primis, ita Par. in. d. ver. de repetitione & in. d. ver. viſo de repetitione. & Bar. in. d. l. vnius. & Alexā. poſt eū. & Ang. in. d. gl. fama publ. & Bru. in d. v. q. prin. Dicunt noua dici indicia & vr gentiora que differunt a primis ſpetie & ſub ſtantia, vt ſi prima erāt de fama mala vel ini micitia, ſuperuenit teſtis de viſu, dicitẗ nouū indicium, & ideo licet plures teſtes ſuperue niant ſuper primo indicio nō dr̄ nouum indi ciū, ita ꝑ predictos & Bal. i. d. cōſi. cclxxvi. & per Mar. in. d. l. repeti. iiij. co. & in. d. §. quo

190 niam. in prin. ☞ † Sed quid ſi ſtātibus indicijs torquetur, & confitetur delictum, inde duc tus ad bācum iuris negat nec perſiſtit in con feſſione, ſed eam reuocat tanquam metu tor mentorum factā an poſſit iterum torqueri & repeti doc. concludunt ꝙ niſi doceat de erro re poteſt repeti vt perſeueret in cōfeſſione ita Andr in. conſti. ſi damna clandeſtina. & Par. l. d. ver. viſo de repetitiōe vbi plene, & ī ver. de repetitione & in ver. ratificatio. ꝓbato ve ro de errore repeti non poteſt de quo ꝑ Bar. in tra. de q̄ſtio. & ī. d. l. vnius. §. i. ff. de q̄ſtio. & ibi per Alex. poſt Bar. Bal. in. l. in beneſi dei. C. de iur. iur. ꝙ cogiẗ perſeuerare cū ne uis tormentis & in. l. fi. C. de proba. & in. l. fi. C. de queſtio. per Cy. ſed in. l. ij. C. de cuſto. reo. Diſtinguit ꝙ aut ſunt indicia ꝓ reuoca tione, & tunc admittiẗ reuocatio, ſi ſunt con tra eum non admittitur, ſed cogitur perſeue rare, ſi vero nec pro, nec contra ſint indicia non admittitur reuocatio niſi error allegetur & probeẗ Par. in. d. ver. tortura lo tertio ver. ſequiẗ queſtio ibi propterea conſuluitur & in ver. nunc videndum poſt. ver. de repetitione poſt odo. Quod tūc niſi indicia ſuperueniant non torquetur, & per Ang. in. gl. compa. in q. ſi. & neg. to. & Alexā. poſt Bar. in. d. l. repeti. Bru. in. d. tra. in. vi. q. prin. ver. ruſus quero. & ver. ſeq. ponamus. Mar. ī. d. l. repeti. & ple ne in pra. in. §. qm̄. in prin. Mar. in. d. conſti. ſi

191 damna clandeſtina. xiiij. no. ☞ † Limita niſi praeceſſiſſet confeſſio extraiudicialis, nā tunc non requiritur perſeuerantia, ſed ſtatim ꝙ confitetur in tortura condemnari poteſt vt ꝑ Imo. in. c. at ſi clerici. de iud. & Feli. in. c. olim. v. col. de reſcr. Iaſ. in. l. magiſtratibus. ff. de iur. om. iud. Mar. in. d. §. quoniam. ver. vlterius.

192 ☞ † Sed quid ſi ſponte fuit confeſſus, & non in tortura inde ductus ad bancū iuris negat, an cogitur perſeuerare in ſua confeſſione per

torturam, Mar.in.d.§.qm̄.& in.d.l. repeti.di-
ſtinguit. Quod aut facta eſt in iudicio, & tūc
talis confeſſio ſufficit, nec reqritur perſeuera-
tio, ſi concurrant requiſita, vt per eundem in
pra.in.§.poſtq̃.& in.l.i.in prin.ff.de queſti.et
per Bru.in.d.v.q.prin.ver.rurſus. Aut extra
iudicium, & tunc facit indicium, & torqueri
pōt, vt perſeueret, & ibidem quid in minore?
dic ut per eum, & ibidem in.d.l.repeti. & in.
d.§.qm̄.quid ſi ex indicijs indubitatis fuit tor
tus & confeſſus eſt inde neget an cogi pōt vt
perſeueret? dic, vt per eum ibi, & Alexā.poſt
193 Bar.in.l.pen.ff.de queſt. ¶ †Sed quid ſi prece
dentibus indicijs fuit tortus, & confitetur, de-
inde ductus ad bancum negat, inde repetitur
& confitetur, & deinde negat, & hoc pluries
facit quid faciet iudex, hanc queſtionē ponit
Par.in.d.uer.uiſo de repetitione, ꝙ habuit in
facto, & dicit ꝙ fuit coactus ipſum fideiuſſo-
ribus liberare, vt noua habeat indicia, idem
dixit Mar.in.d.§.qm̄.& in.d.l. repeti. & per
194 Pau.gril.in tra.de queſtio.in fi.vij.q. ¶ †Sed
per quot vices repetatur ad torturam? dic per
tres vices, nam tunc ſi per tres vices fuerit re
petitus, & perſiſtit in negatiōe ꝙ vlterius tor
quendus non eſt, ſed relaxandus fideiuſſori-
bus, nam vltra dicitur īmoderate tortus, vt
ſupra dictum fuit ita Par.in.d.ver.uiſo de re
petitione. Mar.in.d.§.qm̄.& in con.xiiij.in fi.
195 & Tho grā.in con.xlv. ¶ †Sed quid faciet iu
dex ſi dicat reus in tortura, ſi ſtarem per decē
annos pendens in tormentis non cōfiteor an
poſſit repeti ob hanc duritiem? dic ut ꝑ Par.
in verbo tortura lo.i.uer.an ſtetur dicto torti
ibi iudex bonus poſt Bar.in tra.de queſt.per
Bru.in.d.vi.q prin.xij.not.& Par.in uer.tor
tura.lo.iij.uerſi.de repetitione torture. Gand.
in tit.de queſt.uer.quid ſi dicat tortus ſi me te
neatis ad tondulum? dic vt per eos, & an plu
ries pro eodem delicto, & in diuerſis proceſſi
bus torqueri poteſt, dic ut per Alex.in conſ.
xi.in.v.dub.i.volu. Sed quid ſi fuit relaxatus
fideiuſſoribus modo citatur reus, vt compa-
reat, ad ſubeundum torture ex quo ſuperue-
niunt indicia, et ille non comparet quid faciet
reus, dic & proſequere vt per Mar.in pra.in.
§.expedita, car.xxv.i.colū.uer.qn̄ etiam po-
teſt in hac materia vbi dat practicam & mo
196 dum procedendi. ¶ †Circa ſeptimum & vl-
timum de effectu torture? dic ꝙ effectus ip-
ſius torture eſt, & adhibetur tortura ad finem
vt per eam ueritas negocij appareat. l. cum
falſum.&.l.hoc quod placuit. C.de queſt.ni-
ſi ad habendam reſponſionem inferatur, vt
ſupra fuit dictum, & per Bru. in.d.vi.q.prin.
& vbi ad penā infertur, vt ſupra. Sed an tunc
quando tortura adhibita eſt, & reus fuit con
feſſus ſtandum ſit ſue confeſſioni, vt ſtatim ꝙ
confitetur condemnetur? Dic ꝙ confeſſio in
tortura eſt fragilis, & periculoſa, quæ ſepius
viſa eſt fallere veritatem, cum quandoq; viſi
ſint adeo timidi vt ſtatim confiteantur vera
& falſa doloris impatientes.l.i §. queſtio.ff.de
queſtio.& ideo concluditur confeſſioni tor-
mentis ſtandum non eſſe niſi fuerit perſeuera
ta congruo loco & tempore per confeſſum.
l.i.§.diuus.&.§.ſi quis vltro.ff.de queſtio.ita
glo.in.l.fi.C.de queſtio.& Bart.in.d.§.diuus
ſeuerus.poſt Odofr.& Azo.in rub.C.eo.&
per And.in.d.conſti.ſi damna clandeſtina.&
licet Bal.in.l.i.C.de confe.iiij.col.diſtinguat.
Quod aut reus in tortura confitetur precedē-
tibus legitimis indicijs, & tunc ſtatur ſue con
feſſioni, abſq; alia perſeuerātia, multo magis
ſi perſeueret. Aut nullis precedentibus indicijs
& argumentis, vel leuibus fuit tortus, et tunc
non ſtatur ſue confeſſioni, niſi perſeueret. Ta-
men communiter tenetur contrarium ꝙ niſi
perſeuerauerit etiam precedentibus indicijs
non ſtatur ſue confeſſioni, & Bal.male loquu
tus eſt ſecundum Brun.in.d.vi.q prin.ij. par.
Nam confeſſio in tormentis debet eſſe perſe-
uerata precedentibus indicijs, ſi uero non pre
cedant non valet talis confeſſio etiam per-
ſeuerata poteſt tamen ſaluari dictum Bal.vt
primum procedat vbi extarent indicia indu-
bitata, nam tunc ex quo non poſſet allegare
confeſſionem erroneam non requiritur perſe
uerantia expreſſa & ratificatio, vt ſupra fuit
dictum, & per Bal.in.l.fi.C.de proba. Alexā.
poſt Bar.in.l.i.§.diuus ſeuerus.in princi.ff.de
queſtio. Secundum procedat ubi expreſſa eſ-
ſet ratificatio, nam tunc licet indicia legitima
non preceſſerint poteſt condemnari, vt etiā

ſupra fuit dictum & de tali confesſione in tor
mentis vt non noceat niſi ſit ratificata ꝑ Bru.
in.d.vi.q.prin.& per Math.in.d.cõſti.ſi dam
na clandeſtina.xiij.no.& per Ang.in.d.gl.ſa
ma publi.xij.q.& ꝑ Marſi.in.d.§.diuus ſeue-
rus. & in.d.§.expedita . & per Par.in.d.ver.
tortura.lo tertio.ver.ſequit̃ queſtio.& ibi an
& quando reuocari posſit.Amplia ẽt in con-
fesſione facta metu tormentorum, vt non no
ceat niſi ſit expreſſe ratificata vt per Ang.in.
d.glo.fama publ.vlt.col. ver.& aduertas.&
Bru.in.d.vi.q.prĩ.& in.v.q.prĩ.Mat.in.d.cõ
ſti.ſi damna clandeſtina.&Mar.in.d.§.expe-
dita.& in.d.§.diuus ſeuerus.& in.d.locis tra-
197 dit̃ ẽt qualiter ꝓbet̃ tortura. ¶ †Sed q̃liter dr̃
ꝑſeuerare in cõfesſione? Dic ꝙ tũc demũ ꝑſe-
uerar̃ dr̃,vbi poſtq̃ cesſauit dolor tormẽtorũ,
aut uerisſimile ſit ceſſaſſe,vt qa ſtaret ꝑ diẽ et
noctẽ abſq; tormẽtis , & tũc ceſſante dolore
ducit̃ in loco publico,& corã ꝑſonis publicis
& amicis,& alijs ꝑſonis,& tũc legit̃,& inter
rogatur ſi ſua interrogatio & confesſio ſit ve
ra,& ſi rñderit verã eſſe,& ita cõfeſſum eſſe
ꝙ tũc habita ratificatione faciat in actis ſcri
bi talẽ cõfesſionẽ fore ſpontaneã,& ſponte cõ
feſſum,& tũc dat̃ ſibi terminus ad faciendũ
ſuas defenſiões,& ſi elapſo termino nihil pro-
bauerit aduerſus cõfesſionẽ cõdẽnatur, dũmo
do antea iudex ponet̃ verificaſſe confesſionẽ
illã per veritatẽ,uel per aliqua veriſimilia ar
gumenta,iuxta doct.Bal.in auct.ſed nouo iu
re.C.de ſur.& Ange.in gl.veſtem celeſt.ita ꝑ
Bru.in.d.vi.q.prin.ver.quinto.& ver.Sin au
tẽ cõfesſio fuit extorta vbi alias habuit in fa-
cto con feſſum,& poſtea repertum fuiſſet in-
nocentem & cõdemnationẽ & executionẽ in
iuſte factam practicam ponit poſt cõfesſionẽ
Mar.in.d.§.qm̃ ver.reddeũdo modo ita in p̄-
dictis per Saly.in.l.ij.C.de cuſto.reo.Ang.in.
d.glo.fama publ.pen.col.ver.& aduertas.&
poſt eũ ꝑ apoſtill.& ꝑ Bar.& Mar.in.d.§.di-
uus ſeuerus & per Lanfr.in.c.qm̃ cõtra in.§.
cõfesſiones ver.reuertor & per Andr.in.d.cõ
ſti.ſi damna clandeſtina vbi de verbis iudicis
in ratificatione & per Mar.in.d. verbo tortu
re.lo.i.verſ.an ſtet̃ dicto torti ibi tortus ad ꝑ-
ſeuerandi,& ꝑ Mat.in.d.cõſti.ſi dãna clãde.

xij.not.Vbi arbitrariũ eſt ꝑ quantũ ſpacium
debet ſuperſedere, vt uerisſimiliter cesſauerit
dolor.Et in dubio intelligit̃ per diẽ & noctem
alias adhuc durãte dolor̃ dr̃ per metũ facta cõ
fesſio,& ita per Bru.in.d.vi.q.princ. ver.ſed
q̃ro qũo dr̃ in cõfesſione ꝑſeuerare,& in ſeq.
uer.ſed an ſtatim.& per Par.in uer.tortura.
lo.iij.uerſ.ratificatio.vbi dicit ꝙ perſeuerata
& iurata, excludit oẽm dubitationẽ & exce-
ptionẽ,& tollit facultatẽ opponẽdi de nullita
te procesſus,Tho.grã.tñ in vot.xxxix.ꝙ ex
procesſu nullo,& informatiuo non nocet cõ
fesſio.Et qñ dicat̃ perſeuerare in confesſione
plene ꝑ Mar.in.d.§.qm̃.& in.d.§.diuus ſeue-
rus.& per Tho.gra.in conſi.xl.vbi ẽt qñ ex-
preſſe ratificat licet abſq; indicijs extorta in
tortura v3 & in cõſi.xlv.& per Bru.in.d.vi.
q.& in uer.rurſus.& in.v.q.prin.vbi repre-
hendit Bal.dicentẽ.Dr̃ ratificaſſe ſi non reuo
cat quod reprehendi, vt tunc dicat̃ ratificaſſe
ubi ductus ad bancũ iuris expreſſe ratificat,
& per Pari.in.d.uerbo an ſtetur dicto torti.
ibi an confesſio ibi confesſio dr̃ , & in uerbo
ratificatio,& per Mat.in cõſti.oẽs in.vi.not.
& ꝑ Alex.poſt Bar.in.d.§.diuus ſeuerus.Ce-
po.in conſi.xl.& per Mar.in.d.l.repeti.& ibi
ꝙ appellãdo dicitur reuocare confesſionem.
Et de expresſa & tacita ratificatiõe per Bal.
in.d.l.ij.C.de cuſt.reo.in fi. Lanfran. in.d.§.
confesſiones.uer.reuertor ad materiam. Limi
ta ut ſupra niſi precederet cõfesſio extraiudi-
cialis,nã tunc etiam ſi non perſeueraſſet põt
condemnari ſecundum Iaſ.in.d.l. magiſtrati
bus.ij.col.& Io.de arno.in ſingu.xciij.Sed an
tunc facta ratificatione , ſi notarius actorum
ſcribat confesſionem ſpõtaneam teneatur de
falſo,dic ut per Brun.in.d.vi.q.princi.vbi di-
ſtingue,& per Mar.in.d.§.diuus ſeuerus.& in
198 dicto.§.quoniam.&.§.expedita. ¶ †Quali-
ter autem fiet interrogatio in tortura tam de
ſocijs & mandatoribus q̃ de alijs delictis? dic
ſecundum Brun.in.d. vi.q.princi.uer. uidea-
mus modo.& per Ang.in glo.ſama publ.in
fi.col.Tertio ſit bene cautus,& per Marſi.in
l.repeti.& per Bel.in rub.de queſtio.xi.colũ.
& per Tho gra.in uo.xxxiiij.& vo.xv.v3.
Quod rõne ſociorũ in caſibus in quibus põt

interrogari interrogeť quos ponit Mar.in.d. l.repeti.& Alex.poſt Bar.in.l.i.§.queſtioni.ff. de queſtio.& per Bru.vbi ſupra.De quibus fuit ſupradictũ vt in latronibus,falſa moneta, & alijs vt per eum.In alijs caſibus non interroget de alijs ſed de ſe tantũ.Et tunc nõ debet deſcendere ad ſpecialitatẽ tã qñ contra alios q̃ qñ ſuper delicto,de quo interrogaẽ & inculpatur, nã nõ debet iterrogari ſi talis interfuit vel fuit mandator.Sed in genere ſi habuit, rixã cũ alio & quis interuenit nõ nominãdo aliquẽ.Idẽ qñ de ſe ut nõ dicatur per ſubieſtionẽ , qualiter pcuſſit titiũ i tali parte corporis, i tali loco,& tali tpe vt i.l.i.§.q qõnẽ. ff. de qõ. vbi Marſil.ponit practicã alias tunc diceret p q̃dam ſubieſtionem interrogare,& cõfeſſio diceretur per ſubieſtionem habita nec preiudicaret vt per predictos vbi ſupra & per Thõ. gra.in.vo.xxxiiij.per And.in.d.conſti.ſi damna clãdeſtina. Niſi indicia eſſent manifeſta vt per.Auguſti.poſt Ang.vbi ſupra & per Bru. in.d.ver.videamus.Nam tunc in ſpecie interrogari poſſet & ſupra fuit dictũ. De alijs vero delictis non poteſt interrogari vbi nõ ſunt idicia,et licet cõſuetudo ſeruet cõtrariũ tñ nõ vz talis conſuetudo ut p Gand. in rub. de qõ. ver. ſed quid de qõne que quotidie occurrit & per And.in.d.glo.fam.pub.in.fi.& p Par. in.d.ver.an ſtetur dicto torti.& per Mar.i.d. l.repeti & p Bru in.d.ver.videamus. Limita tñ niſi tortus fuerit hõ malę uitę,cõditionis,& famę,& publice diffamatus de furtis & alijs delictis ut per Brun.in.d.q.prin.in fin.& per Mar.in.d.l.repeti. & Tho.gra.in vo.xiij. & per Cepo.in cõſi.xl.& Marſi.in conſi.viij. & conſi.xij.& cõſi.xix.& cõſi.xxij.& cõſi.xlvi. et cõſi.lxiij.et ſeq.et cõſi.lxxviij. & Bel. i rub. de qõ.xij.col.& ſupra fuit dictũ in materia ſo-
199 cij criminis. ☞ † Sed quid ſi tortura fuit indebite lata,et in caſu nõ pmiſſo ,aut de facto, et negat an impediat proceſſum fiendũ ſuper delicto.hoc alias habui in facto,uide Bal.in.l. nulli tes et in.l.i.C.de queſtio.dicit ꝙ nõ viciaẽ pceſſus p indebitã torturã illatã,idẽ Bru.i .d. vi.q.pri.ver.vlt. no.Alex.poſt.Bar.i.l.qõnis ff.de qõ.Par.in.d.ver.tortura lo.i.in pri.& in ver. tortu.lo.iij.ver. potius ver.an ſtet dicto torti quia ſepe circa mediũ et in ver. ſequitur qõ in fi. Et quid ſi vnus iudex intulit torturã inde remittatur ad aliũ iudicẽ,an prior tortura debeat cõputari ut minor inferatur tortura.hoc dixit Mar.in pra.in .§. occurrit.tñ dixit nõ habere doctrinã ſed ex predictis pxime collige,& ad primũ uide dicta per Mar. in prin.i.d.§.quoniã & in.§.expedita.ij q.ubi dixit ſi tortura idebite ſit lata omnia que in-
200 de ſequunẽ ſunt nulla. ☞ † Sed quid ſi tortus moriẽ in tormentis an teneatur iudex torquẽs Hanc qõnẽ ponit Gand.in .d. rub.de qõ. vij. col.vbi qñ corruptus pecunia faciat,et p Bel. in rub.de fuga reo.xi.col & p Gãd.in d.rub. de qõ.xvi.col.Boni.in tit.de perſeue.in tor. in fi.Ang.i gl.fama pub.ver.viij. quero quid ſi tortus moriẽ Cy.& Bal.in.l gracchus.C.de adulter.Bar.in.l.qõnis modũ.ff.de qõ.et in.l. in lege cornelia ff de ſicar.Ang.in .l.iij.C. de adult. Par.in.d.verbo tortura lo.i.verſic.an ſi officiales car cxij.& i car.xxxv. ver. quedã. et ibi quid ſi iudex ſcindat carnes ut cõfiteaẽ an teneatur et pleniſſime p Bru.i d.v.q.prin. in ver.vii.aduertat iudex ubi per tres colu.Et qualiter puniatur indebite torquẽs,plene tradit in.vij.q.prin.& Par.in.d.ver.officialis ibi iudex qui nõ torquendũ et per Mar. plene in pra.in §.ſucceſſiue & de mortuo in tortura p Mar in.d.§ expedita ver.quero cõſequẽter ubi ẽt ſi indebite ponat ad torturã qualiter puniaẽ & in.l.de minore.§.tormẽta et i.d.l.repeti.& in.d.l. qõnis modũ .ff. de qõ.In quibus locis plene tradiẽ et tandẽ concludiẽ p predictos maxime Bru . Quod aut exceſſit modũ in torquẽdo aut nõ . Pimo caſu aut dolo,aut culpa,aut caſu.Primo caſu teneẽ pœna capitis,ſecundo caſu pœna extraordinaria, tertio caſu nulla pœna,ex quo dabat opam rei licitæ & ibidẽ quid indubio preſumaẽ ſi nõ appa ret in dolo aut culpa & per Bal.in.l. decuriones.C.de queſti.& in.l i.C.de requi.re.et per Amo.de iuſti. in tra.findi.ſub num.cx.& ſub nu.cxij.& ſeq.& p Guido.in.ij.poſt eum per Bolog.in tra de indi.& tor.verſi. an ſi iudex. ☞ Et quid ſi malę fuit ligatus et fuerit fractum braciũ torti in tortura an teneatur iudex dic ut per Paul.de ca.i.l.ſi ut certo.§.nũc

videndum in fi.ff.loca.Mar. in d.§. expedita in fi. Alex.poſt Bar.i.l.qõnis modũ.ff.de qõ. et per Par.in.d.ver.an ſi officialis & ibi in fi. Quid ſi tortus fuerit mortuus, ut quia trabs ceciderit & fuerit fractus,an teneatur iudex, ꝙ nõ tenetur ſi nõ fuit in dolo aut culpa ſed tenetur coneſtabulus ſi in loco ſolito & cũ ſolitis miniſtris & ibi in fi. Si ex mẽbri inciſione moriat̃ cõdẽnatus an teneat̃ poteſtas. ¶ Et qd ſi ex mandato iudicis milites & miniſtri torqueãt indebite an teneat̃ an uero excuſentur ꝑ Bru.in.d.vij.q.prin.& ibi ꝑ eũ qñ iuſſus excuſet. Et no.ꝙ ĩ regno eſt prouiſum qñ iudex ĩdebite & male torquet reũ ſi moriat̃, ꝙ ſimili pœna puniẽ,maxime nõ admittẽdo appellationẽ iuſtã uel in caſibus cõtra capitula reg.

201 ¶ † Et qualiter tortura probeẽ dic ut ꝑ Bru. in.v.q.pri.ver.ſubnectã.ix.hic alia & ꝑ Par. in ver.tortura lo iij.ver.qa ſepe et ꝑ Mar.ĩ.d.

202 §.expedita & ſupra fuit dictũ. ¶ † Vltimo qd ſiedũ ſi tortus durat & ꝑſiſtit in tormẽtis & in negatiõe de hoc ꝑ Gandi.in rub. de qõ. iiij.col.& Bar.in.l.fi.in princ.ff.de qõ.& per Bru.in.d.v.q.prin.in fi.& Par.i.d. verbo tortura lo.iij.ver.quidã latro & in ver.viſo de repetitione in fi.& in ver. de repetitione & in verbo cõfeſſio Alex.poſt Bar.in.d.l. unius.§. i.ff.de qõ.& per Mar.in pra.in.§. qm̃.ver. & circa hanc materiã repetitionis & in ver.qꝛi modo põt & in.d.l.repeti.ver.quero ulterius ff.de.qõ & per Saly.in.l.ea quidẽ.C. de accuſa.& l.ſi qui adulter.C.de adult.In quibus traditur practica.Et aliqui dicũt liberãdũ eſſe ab inſtantia,& non in totũ Alij ꝙ aſſignẽt terminũ accuſatori ut in eo alias ꝓbatiões & indicia ꝓducat,quibus nõ ꝓductis in termino ꝙ liberabit,alij ꝙ reponãt reũ in carcere,& ſepe repetat iudex interrogationẽ, & ſi uideat eũ variare aut mendacẽ iterũ repetat,& indicijs ſuperuenictibus iterũ torqueat licet ſemel aut bis tortus,ut ꝑ Alex poſt Bar.in.l.i.§.diuus ſeuerus.ff.de qõ.Alij ꝙ ſtãtibus & precedẽtibus plenis ꝓbatiõibus ꝙ dãnẽt ut ꝑ Alex. poſt Barto.in.l. vnius.§.reus ff.de qõ.& per Math.in cõſti.humanitatẽ.vi no.ver.itẽ querit And. Tandẽ cõmunis practica & obſeruãtia eſt,ꝙ faciat ſcribi in actis qualiter tortura fuit moderate adhibita & ꝙ indicia fuẽt purgata,ideo fuit relaxat.ix.fideiuſſoribus, & ſic non in totum liberatur aut abſoluitur ut dicit Par in.d.ver. viſo de repetitione & ita obſeruat cõis practica & ꝑ Thõ gra. in cõſil.xlv. qõ.videtur ſumpta in regno ex.c. reg. incip. ab illo incoandũ Immo ſi iudex recuſat relaxare reũ fideiuſſoribus,teneret̃ ſindicatu ut ꝑ Ang.in.d. glo.fama publ.& Mar.in.d.§.qm̃

203 ver.queri mõ põt. ¶ † Sed quid ſi tortus nõ inuenerit fideiuſſores ãn relaxetur iuratorie cautioni. Cogita ex quo alias quidã fuit relaxat.ix.iuratorie cautioni non obſtante ꝙ allegabatur in criminalibus maxime capitalibus nõ põt relaxari iuratorie cautioni,nec locum habeat cautio iuratoria ut per Mar.ĩ.l. ſi.car.v.ff.de iuriſ.om.iud.& in rub.ff. de fideiu.car.xij.& in.l.i.§.preterea nu.lxxxiij ff. de qõ.& ſentit.d.c.ab illo inchoãdum ibi ſed

204 ſi fideiuſſores. ¶ † Et de pœna iudicis torquentis aliquem ad rumultum populi ſedandum dic vt ꝑ Bru.in.d.vij.q prin.ibi ſed quid ſi propter bonum publicũ vide glo.iuncto tex. in.l.decurionũ.C.de penis vbi ꝙ non licet & hoc quia alias vidi beſtiam quendam hoc fa

205 cere. ¶ † Et quid ſi accuſator probauit delictum per indicia,ex quibus fuit tortus inde, innocens fuit repertus,quis teneatur accuſator an iudex dic ut per Par.in tra.ſind.inver. accuſatio et aliquid per Brun.in.d tract.vij.

206 q.prĩc.xiiij.no. ¶ † Et qua pœna teneat̃ ſubtrahens torquendũ a tortura, dic ut per Bru.

207 in.d.viij.q.prin.i.no. ¶ † Vltimo vide cautelam quam tradit Bru.in .d.v.q.prin.& per Mar.in.d.locis ſupra quã tradunt iudicibus ut non teneantur in ſindicatu ꝙ in relaxatione faciant tortum confiteri fuiſſe legitime tortum & de hoc dicto rogetur notarius & redigatur inſcriptis ut per eos, Et per hec, cum auxilio dei,finis datus eſt materiæ indiciorũ, & torturæ,& huic repetitioni in qua ſi bene dictum fuit laudetur deus,ſin autẽ minus bene,non canino dente,ſed fraterna correctione cunctis me emendandum ſubijcio. Omnia n.ſcire,et ĩ nullo pœnitus errare,diuini potius, ꝗ humani ẽ ingenij. Sequiẽ mõ ſũpta ex tex, occaſiõe ibi hoicidarũ,de hoicidio tractatus,

Laus deo.

SVMMARIVM

1 Homicidium quid ſit & unde dicatur.
2 Mortaliter uulneratus dicitur occiſus, etiam ſi ex interuallo moriatur nu. 3.
4 Statutum loquens in occiſo locum habet in uulnerato lætaliter.
5 Lætaliter uulneratus quis dicatur.
6 Lætaliter uulneratus ſi certum eſt mori, an uulnerans ante mortem accuſari poßit.
7 Si proceſſus factus eſt ſuper uulnera, an morte ſecuta poßit condemnari de morte ſecuta, ex proceſſu facto ſuper uulnere.
8 Si iudex cōdēnat lætaliter uulnerātē ad mortē & poſt ſententiā mors ſequatur an ualeat ſniā.
9 Probationes ſuper uulnere an proſint, ſecuta morte, ut de morte condemnetur.
10 Quid ſi ſit de uulnere liberatus, an condemnetur de morte poſtea ſecuta. (ſecuti.
11 Si facta ē pax de uulnere an extendať ad mortē
12 Si datus eſt fideiuſſor ſuper accuſatione de uulnere, an teneatur preſentare in accuſatione de morte ſecuta.
13 Si ob uno eſt mortaliter uulneratus & ab alio poſtea occiſus, quis teneatur de morte.
14 Quid ſi in uno menſe fuit uulneratus, in alio occiſus, qui mēſis apponi debet ī accuſatione.
15 In delictis an inſpiciatur principium an finis.
16 Si ſunt diuerſi iudices maleficiorum, ſi ſit lætaliter uulneratus in uno tempore, in alio mortuus, quis iudex procedet ſuper morte.
17 Occidere quis dicatur.
18 Statutū loquēs in occidēte p ſe, an locū habeat in dante cauſam mortis & an in mandante.
19 Cōſtitutiōes regni an ſint ſtatuta regni, an hus cōe in regno, et an extēdanť de ſiſibus ad ſimilia.
20 Conſtitutio regni terminum uitæ, locum, an habeat in dante cauſam mortis.
21 Si hominem mortuum uulnerauit, an de occiſo teneať, & an ſit clericus irregularis nu. 22.
23 Si occidatur monſtrum an teneatur de occiſo, & an ſit irregularis ſi excalce mulieř pregnans fecit abbortum an teneatur de occiſo.
24 Dans calcem, & an efficiatur irregularis, & quid ſi dato poculo & amatorio pregnans fecerit abbortum nu. 25.

DE HOMICIDIO ET PERCVSSIONE. IN TEX. HOMICIDIARVM.

TRACTATVRI MATERIAM HOMICIDII, PRIMO DISSEremus quid ſit homicidium. Secundo ſubnectemus quotuplex ſit eiuſdem ſpecies: Tertio quot modis homicidium committatur: Quarto ex quibus cauſis homicidiū excuſetur, Quinto & vltimo de pœnis pro homicidio in omni iure ſtatutis ciuili, canonico, ac regni. Tot erūt partes quot erūt. §. Circa Primū.

1 §. HOMICIDIVM autem eſt hominis cediū, ſeu hominis occiſio, & diciť ab hoīe et cado cadis ita Boni. ī ope malę, ī rub. de homi. Hoſtiē. in ſum. eo. tit. ī prin. Sed hoc non eſt diffinire, ſed ab ethimologia arguere inſt. quib. mo. re cōtrah. obl. §. mutuū, l. iij. §. mutuū aut, ff. ſi cer. peta. inſti. de tute. in prin. & ff. eo. l. i. & ibi Bar. in. l. i. ff. de iuriſ. om. iudi. Nec dř ab hoīe & cado cadis, ſed dř ab hoīe et cedo cedis, ut in. l. qui cedē. ff. de ſicar. ubi ꝓ hōicidio & cede punitur l. ita vulneratus ff. ad. l. aquil. ubi Alber. ita diffinit. Boni. in rub. de parri. And. ī cōſt. terminū uitę & Math. ī cōſti. ſi dāna clādeſtina. xv. no. iij. q. ubi ēt ex hoc dicit, Quod lȝ puniať uilla ꝓ hōicidio clādeſtino, tñ nō hȝ locū in ſuſpē-

dente hominem nam tunc non dicitur homi-
cidium , ex quo non dicitur occiſus . Dic er-
go homicidium eſt illicita ſeu iniuſte ad mor-
tem ceſio, hominis homicidicidium dico pu-
nibile,nam ēt ſi nō puniať dr̄ hōicidiū,et tñ nō
dr̄ iniuſta nā occidēs ad neceſſariā defenſionē,
ſi abſq; diſcrimine uitę aliter euaderere non
pōt niſi occidēdo nō dr̄ iniuſte facere.l.i.C.vñ
vi.l.ut uim.ff.de iuſti. & iu.in .c.i.de pa. ten.
Clem.i.de homi.conſti.terminū uitæ & cōſti.
pacis cultū & infra dicetur.Idē in alijs caſibus
de quibus ī ꝓgreſſu . Et ideo dico illicita ſeu
iniuſta ad differētiā caſuū,in quibus ē licita &
2 iuſta.¶ † Ideo dico ad mortē ceſio,nā licet in
inſtāti nō perimat tñ lętaliter cæſus inde mor
tuus dr̄ occiſus,& hoicidiū cōmitti dr̄ , quaſi
cæſio ad mortē fuerit.d.l.uulneratus.§.i.ſed cō
tra.Nā homicidiū multipliciter committiť,ut
in.l.i.in prin.ff. de ſicar. & tñ non pōt dici ad
mortē cæſio.Nā ſi ueneno occidatur nō dr̄ cæ
ſus.Idē ſi falſum teſtimoniū dolo dederit,ut hō
cōdēnetur & occidatur.Idē in iudice dolo cō-
demnante & facto incēdio ut hō moriať,& in
eo qui dedit cām mortis.l.nihil.intereſt & in.l.
i.ff.de ſicar.Et tñ nō cedit.Et ſic nō uideať in
oībus uerba diffinitionis cōgruere diffinito .l.
oīs diffinitio.ff.de reg.iur.Cū cōuenire debeat
diffinitio diffinito in oībus ſuis partibus .l.i.
§.dolū.ff.de dolo.Sed pōt dici , ꝙ ex quo fre-
quentius accidit hominē cęſione & ꝑcuſſione
occidi,lex cepit ab eo denominationē tanquā
frequētiore.l.nā ad ea.ff.de legi.et ideo a cede
hominis denominauit ſecūdū And.in.d.conſt.
terminū uitæ in prin.vel dic ꝙ uerbū cedo eſt
gñale et cōprehendit quomōcūq; hō occidať,
maxime capiēdo verbū cedo quaſi occido &
nō ꝓ percutere iuxta.l.fi.&.l.lex corne.in prī.
ff.de iniur. Natura verbū cedo eſt generalius
verbo occidere,niſi ꝓ occidere capiať.d.l.qui
cedē.nā ibi cedes gñaliter ſumiť pro quacūq;
occiſiōe,& hōicidio, cū pro ea ſimpliciter &
gñaliter pœnā īponať,nec ī cęteris ꝑticulariter
& ſic cæſio ſeu cædes gñre ibi ſumitur pro qua
cūq; occiſione , & ideo quomōcūq; hō peri-
matur,ſiue ꝑcuſſiōe,ſiue ueneno,ſiue alijs mo
dis de quibus in.d.l.i. occidi ſeu cedi dr̄ ut per
And.in,d.cōſti,terminū vitæ.l.i.§.occiſorū .ff.
ad ſilleia.l.qua actiōe .§.occiſum.ff.ad.l.aql.
homicidiū ergo eſt hominis ad moretm cęſio
3 ſeu occiſio. ¶ † Nam occidere dr̄ , ſi ad mortē
vulneraret ,licet ex interuallo moriať.d.l. ita
vulneratus vbi Bar.& per eundē in.l. dāni .§.
ſabini.ff.de dāno infecto.Bal.in.l.i.in fi.C. de
nūdi.Alex.poſt Bar.ī.d.l. ita vulneratus.Dū
modo mors ſequatur,alias nō diciť occiſus ut
4 per Bart.in.l.i.§.diuus.ff.de ſicar. ¶ † Et ideo
ſtatutū loquens in occcidētevt ſi dicat ſi quis
occiderit locū habet in mortaliter vulneran-
te licet vulneratus mortuus fuerit ex interual
lo dūmodo ex eodē vulnere moriatur ut per
Bal.in.d.l.i.C.de nundi.contrariū.Bar.in.d.§.
ſabini in ſtatuto.loquitur tamen quo ad ortū
accuſationis de morte & quo ad condemnan
dum de morte que adhuc non eſt ſecuta nec
actio nata, ſed ſi ſtatutum dictat ꝙ occidens
moriatur , ſi lętaliter vulnerauerit & poſtea
mortuus fuerit poteſt de homicidio accuſari
& puniri pœna ſtatuti licet in inſtanti nō oc-
ciderit vide per Barto.in tra.de percuſi.& per
Bal in.c.i.quib.mo.feu.ammi.& in.c.i.§ .iniu
ria de pa.iur.fir.dummodo ex vulnere fuerit
mortuus non ex alia cauſa ut culpa ſua aut
medici ut infra dicetur & per Ange . in glo.
5 ex interuallo in opere malę . ¶ † Quis autem
dicatur lætaliter et ad mortem vulueratus dic
ut per Bald.in.d.c.i. quib.mo. feu.ammi. &
per Thom. gram. in conſil.ij. ubi dicit illum
dici vulneratum lętaliter qui ſecundum regu
las medicinæ aut nō poteſt euadere aut cum
difficultate a morte,dicetur tamen ſuo loco .
6 ¶ † Sed quid ſi lętaliter vulneratus certum
eſt quod moritur accuſari poſſit ante mor-
tem de homicidio & procedi poſſit dic quod
non ut per Barto.in.d.§.ſabini maxime ſtan-
tibus ſtatutis italiæ quod attentatum non pu
niatur pœna mortis ſicut in regno per con-
ſtitu.aſperitatem nam adhuc actio non eſt na
ta niſi mors ſequatur licet iure communi ſi
animo occidendi accuſari poſſit .l.i.§. diuus
ff.de ſicar.l.is qui cum telo.C.eo.& vide An
ge.& Immo.in.l.in ratione.§.ſi ſeruus.ff.ad.l.
fal. & an etiam tunc poſſit condemnari de
homicidio dic per Bar.ubi ſuprain.§.ſabini ꝙ
non vigore ſtatuti & per Bald. in ,d. capit,i.

quib.mod.ſeu.ami.& in.c.i.§.iniuria.de pa.
7 iur.fir.¶†Sed quid ſi accuſet de vulnere, &
ſuper eo ꝓceſſus eſt fabricatus,& teſtes exa
minati an ſecuta morte poſſit ex eodem pro
ceſſu cōdēnari diſtingue, vt per Bar.in.d.§.ſa
bi.ii.ꝙ ſtante ſtatuto Italie,aut ſimpliciter ac
cuſauit de uulnere,& tunc non pōt ſequi cō
dēnatio de morte,aut accuſauit de uulnere,
& morte qa erat certū.mori,& tunc poteſt,
vt per Spec.& Io.and.in tit.de accuſ.uerſ.ſed
pone.in titulo de inquiſitio.& Bald.in con
ſilio.li.ſexta columna,quinto volumine. Iaſ.
in.l. fideiuſſor.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſatiſ
da.cogan.& per Tho.gram. in conſ.xlix.&
per Mar.in.l.ſine accuſatore.ff.de queſt.& p
Boni.in tit.qd ſit accuſa.xv.& pe.col.an poſ
8 ſit accuſari de morte ſequuta. ¶†Pari.in tra.
ſind.in uer.condēnatio.ubi ſi iudex condēnat
ad mortem letaliter vulnerātē,& poſt ſnīam
mors ſequatur an ualeat ſnīa,dic ut per eum
& per Fely.in.c.ſignificaſti.lo.ij.col.ij.de ho
mi & per Gand.in rub.de pen.vij.col.uerſi.
ſed.pone.ꝙ titius mortiſere Mar.in pra.§.&
quia.& in.§.ſequitur.limita ut per Angel.in
glo.emergentibus.niſi apponatur clauſula ſu
per quibus omnibus & ſingulis cum annexis
& connexis dependentibus,et emergentibus,
prorſus extraneis, nam tunc ex eodē ꝓceſſu
pōt de morte ſequuta cōdemnare, et per eun
9 dem in glo.et una alia percuſſione. ¶†Et an
probationes de uulnere proſint in accuſatio
ne de morte ſequuta, dic ut per Mar.in pra.
10 in.§.qm̄.i.col.¶†Quid ſi de uulnere fuit libe
ratus an accuſari poſſit de morte ſecuta, dic
11 vt per Spec.in tit.de accuſat.¶†Et quid ſi eſt
facta pax de uulnere an extendatur ad mor
tem ſecutam dic ut per Bart.et alios in.d.§.ſa
bini.et per Gand.in rub.de tranſa.et p Mar.
12 in rub.ff.de fideiuſſo.¶ † Et an fideiuſſor da
tus de ſe pn̄tando ſuper uulnere ſi mors ſequa
tur teneatur in accuſatione de morte preſen
tate Alex.poſt Bar.in.d.§.ſabini.refert Belu.
in.l.ſancimus.C.de fideiuſſ.dicere et determi
nare per Mar.in.d.rub de fideiuſ. car.xiiij.iij.
col.uerſi.ſcias etiam et menti teneas,et in.lv.
q.ꝙ non poſt Specu.Bal.in titu.de fideiuſ.et
poſt Iaſ.in.l.i.ulti.col.ff.de in litem iuran.Flo
ria.in.l.ait lex.in prin.et in.l.uulnerato.ff.ad
leg.aquil.docto.in.l.fideiuſſor.§.in fideiuſſo
13 re.ff.qui ſatiſda.cogant.¶†Et quid ſi ab vno
mortaliter eſt uulneratus, & ab alio poſtea
occiſus,an primus teneatur de morte dic vt
infra,& per Bal.in.d.l.i.quib.mod.ſeu. amit
14 ta.& Alex.in conſi.xv.i.volumi.¶†Et quid
ſi in vno mēſe eſt uulneratus,& in alio mor
tuus quod tempus apponi debet in accuſa
tione dic ꝙ locus,& tempus uulneris, ut per
Barto.in.d.§.ſabini.& per Barto.& alios in
l.fin.ff.de ſica.& in.l.libellorum.ff.de accuſa.
Angel.in gloſ.de anno preſenti.& in gloſ.in
platea communis. Auguſti.tamen in.d.glo.
de anno preſenti.allegat text.in.l.vulnerato
ſeruo.ff.ad leg aquil.ꝙ tempus utriuſqꝫ uul
15 neris & mortis. ¶† Pendet an in delictis in
ſpiciatur principium an finis dic ut per Mar
ſil.plene in practi.in.§. vlterius. & in.§.quo
niam.& in ſingul.ccxxv.& in.l.i.C.de rapt.
virgi.& in.l. fina.C. de iuriſdictio. omnium
16 iudic.¶†Et de queſtione quid ſi poteſtas ha
beat arbitrium cognoſcēdi de maleficijs qui
buſdam ſuo tempore commiſſis ſi eſt vulnera
tus tempore vnius poteſtatis & mortuus tē
pore alterius quis cognoſcet de hoc malefi
cio dic ꝙ primus vt per Bald.poſt Guilel.de
ſuza.in.l.prima.ſecunda queſtione.ff.de ori
gin.iur.& in.l.ſed & milites.§.ignominie.ff.
de excuſa.tuto.& per Alex.poſt Bar.in.d.§.
ſabini.& an letaliter vulneratus comprehen
datur in ſtatuto.De mortuo per Bal.in.l.pri
17 ma.in fine.C.de nundi.¶† Occidere ergo di
citur ſi letaliter & ad mortem vulneret.idem
dicitur occidere ſi non per ſe manibus pro
prijs occidat ſed mortis cauſam prebeat.l.ni
18 hil intereſt.ff.de ſicar.¶† Sed an ſtatutum lo
quens in occidente per ſe locum habeat in
dante cauſam mortis quod prodeſt ad intelle
ctum conſtitu.reg.terminum vitæ.per quam
ſtatuitur occidentem mori.an locum habeat
in dante cauſam mortis,dic ut per Bartolum
in.l.prima.§.diuus. ff. de ſiccarijs. & in dicta
l.nihil intereſt.& ibi per Marſil.& per Ange
lum in gloſa.ex interuallo mortuus eſt.ꝙ nō
habet locum ſtatutum de occidente in dan
te cauſam mortis idem Alexander in con
ſil.cxl.

ſil.cxl.ij.volum.cum dans cauſam mortis fi‑cte & interpetratiue occidere dicatur & ſta tutum loquens in caſu vero non extenditur ad caſum fictum.l.iij.§.hec verba ff. de nego. ge.faciunt tradita per Bal.in.l. non ideo minus.C.de accuſa.Bar.in.l non ſolum.§. ſi mã dato.ff.de iniur.Ang.in glo.ſempronium mã datorem & Math.in conſti.ſi quis aliquem in quibus an ſtatutum loquens in faciente lo cum habeat in mandante de quo ſuo loco di cetur & per Thom.gram.in voto.ix.in fi.in addi.& in vo.xv.& ſic ſentitur.d.conſti. ter minum vite loquentem in occidente per ſe lo cum non habere in dante cauſam mortis,& attamen And.ibi et Math.invi.no.concludũt d.conſti.locum habere tam in faciente per ſe quam indante cauſam mortis & non per ſe facientem interpetrantes.d.conſti.locum habere quomodocunq; quis dolo occidat non obſtante ꝙ conſti.loquatur in agreſſore occi dente & ſic per ſe cum de eo ponat tanquam frequentius accidat & ita per. Par. de pute. in tra.ſind.in verbo pena ver.in qui vadis in birraria & pro hoc tex.in.l.qua actione.§.i.
19 ff.ad.l.aquil.☞ † Pendet ab illa.q.an Conſti. regni ſint ſtatuta in regno, an ius commune, Math.contrarius eſt ſibi ipſi nam in rubr.de homi.clande.in fi.& in prohe.conſtitu.§. nos auten.& in conſti.penam eorum.in glo. oc‑cultatores.& in conſti. proſequentes.ix.not. & in conſti.probationum incurſibus.v.gl.& in conſti.probationum defectum.in glo.magna.& in conſti.ſi quis aliquem dicit conſti. reg.eſſe ſtatuta regni & eſſe ſtricti iuris & in caſibus in quibus loquũtur interpetrande & ut minus ledant ius commune tamen in pre‑lu.in.i.q.& in conſti.cum ſatis.iiij. gl.& poſt Andr.in conſti.ut uniuerſis in conſti.iuriſgen tium.dicit conſtitu.reg. eſſe ius commune in regno & extendi de ſimilibus ad ſimilia ta‑men quicquid ſit ſecundum eas eſt iudican‑dum in regno & non ſecundum ius commu‑ne niſi in defectum caſſatis etiam omnibus conſuetudinibus etiam futuris contrarianti‑bus.d.conſti.ut dicitur in tex.& per And.& Math.in prohe.conſti.§.fi.& in conſti. puri‑
20 tate. ☞ † Et prefata conſti.terminum uite ex quo ita per maiores regni interpetrata eſt ex tenditur & locũ habet in dante cauſam mor tis & qualitercunq; dolo homicidium fue‑rit cõmiſſum cum interpretatione tamen, li‑mitatione & reſtrictione in locis infradi cẽ‑
21 dis. ☞ † Sed ex quo ſupra dictũ.eſt homicidiũ eſſe hominis ceſio ſeu occiſio quid ſi hominẽ mortuum uulnerauit quis & in loco letali an puniatur de homicidio dic ꝙ non ex quo nõ homo ſed cadauer cum homo conſtet ex ani ma et corpore ut per Bar.in.l.i.vij.col.C.qui accuſ.po.& in.l.ſororem.C. de his quib. vt indi.& in.l.ex hoc iure.iij.col.ff.de iuſti.et iu re Mar.in.l.fi.vi.col.ff.de queſtio. & per Io. de arno in commenta.ci.ꝙ extra ordinẽ pu‑nitur nõ pœna ordinaria vulnerans mortuũ, & de iniuria facta cadaueri uide pœnam in conſti.reg.ſi quis aliquem que eſt fin.conſtit. Vbi etiam de ſpoliante mortuum ꝙ pœna manus puniatur vide ibidẽ dicta per Math.
22 ☞ † Amplia etiam quo ad irregularitatem ut non puniatur ut irregularis clericus vulnerãs mortuum nam ſola voluntas non facit quẽ irregularem ut per Archi.in.ca.periculoſe de pen.diſtin.i.& in ſi.xv. q.i. vbi dixit ſi cleri‑cus inueniat mortuum illum quem perſeque batur vt occideret & ei mortuo inferat vul‑nus non efficitur irregularis ſequitur Fely. in c.ſicut dignum.iiij.col.ver.fallit tertio de ho mi.vbi etiam dixit ꝙ voluntas deueniens ad actum proximum extrinſecum etiam cum omni conatu ſine effectu tamen non effici‑tur irregularis ſecundum Gemi.in.c.ſi quis
23 poſt acceptum.lx.diſtin. ☞ † Sed quid ſi occi‑datur monſtrum an dicatur homicida ut pu niatur de homicidio dic ut per doct.poſt Bal. in.l qđ dr.ff.de lib.& poſtu.ubi Alexã. ꝙ ſic quia ſufficit habere aĩam & ſpiritũ. Ang. & Immo.dicũt nõ habere locũ ſi nõ habeat ca‑put hoĩs ſed aĩalis cũ non ſit hõ nec imaginẽ dei habeat ut tradiẽ p gl.& doc.in.l.nõ ſunt libe.ff.de ſtatu.homi.& uide p Ang.in gl.& dictus titius ex inter mor.eſt.ij.col.& p Ioa. de arno.in cõmẽ. cxxii.& p doc.in.c.ſi aliqs de homi.ubi Fely.no.in.c.cõſuluiſti.ij.q.v.& in.c.qđ moiſes & in.c.ſicut.xxxij.q.ij.& per Car.in clem.i.xix.q.de homi. vbi ꝙ irregu‑

larítatem nõ incurrit et traditur ꝑ apoſti.poſt Panor.in.c.fi.de tẽpo.ordi.& vide ꝑ Mathe. in cõſti.ſi dãna clandeſtina.viij.col.ver.xi. q̃ro ubi querit an illa cõſt.locũ habeat ſi fuit oc ciſus hõ mõſtruoſus & per Fely.in.c.fi.de ho mi.Alex.in.l.q̃d certum.C.de poſt.here.inſt.

24 ¶ † Sed quid ſi quis dederit calcẽ in utero pregnãtis mulieris aut faciat aliter ipſam abortũ pati & occidatur puer ĩ utero an teneat̃ pœna ſtatuti & de homicidio cũ nõ ſit hõ dic ut per Bal.Alex.& alios ĩñ.d.l.quod dicitur & Saly.& Mar.in.l.pẽ.C.de ſicar.& per Alber. de roſa.in.l.ita vulneratus & in.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi mulier.ff.ad.l.aquil.& in.l.qui in vtero.ff.de teſta.hõ.hoſtiẽ in ſũ.eo.§.quid ſit hõicidiũ Bar.in.l.diuus.ff.de extraor.crim.& in.l.cicero.ff.de penis & plene ꝑ Fely.in.c.ſi quis aliq̃s de hõi.& in.c.ſicut lo.ij.eo.ti.Alex. in.d.l.quod certũ Bal.in.l.cum inter veteres. C.de fideiu.Ang.in.d gl.ex interuallo.ij.col. Alber.in tra.ſtatuto.iij.par.q.lix.plene Ferdinã.in reper.cors.ſeu Panor.in ver.homicidiũ.vij.ver.Par.in.d.ver.tu qui vadis in birraria.ĩ quibus locis diſtinguitur quod aut partus erat aĩatus v3 poſt.xl.dies in maſculo & lxxx.in fœmina & tũc tenetur de hoĩcidio ſecundũ ius cõmune nõ ſtatutariũ cũ nõ ſit hõ, ſed futurus hõ & interpetratus tñ Alber.vbi ſupra ſi dolo etiã pœna ſtatutaria punitur & Ana.in.d.c.ſicut & Saly.& Ang.in.d.l.pen. & per Fely.in.d.c.ſicut & Alex.in.d.l.quod dr̃.Aut nõ erat aĩatus partus & tũc exquo nõ hõ nõ punitur de hoĩcidio ſed extra ordinem niſi accepiſſet pecuniã vt fieret partus abortiuus nã pœna capitis teneretur vt.d.l.Cicero & Bar.in.d.l.diuus,& per Ang.in.d.gl.ex interuallo Pau grill.in tra.de ſortileg.xiij.q. Intellige tñ ſi ſciebat eſſe pregnãtẽ,& percuſſerit data opa vt faciat abortũ ut per Ang.in d.glo.& per Ang.& Saly.in.d.l.pen.ſecus ſi ignorabat ut per Fely.in.d.c.ſicut ver.& aduerte.Limita ĩ caſu ut per Fely.in.d.c.ſi quis aliquis de hoi.poſt Socy.et ſentit in.d.c.ſicut qñ occidit partus ut ſaluetur mulier pregnãs nã nõ punitur ſi iudicio medicorũ aliter non põt mr̃ euadere,et ĩtellige ut ſupra ſi dolo nõ autẽ ſi culpa.nã ſi voluerit mulierẽ percutere non tñ ut abortũ faciat ſi percutiendo ſecerit

25 abortũ pœna extra ordinaria punit̃. ¶ † Idẽ ſi amatoriũ poculũ dederit,& abortũ fecerit ut per doc.ut ſupra & Math.in cõſti.amatoria pocula & uide Math.in cõſti.terminũ uite.vi.no.x.fallẽ.vbi dicit nõ habere tũc locũ illã cõſti.& ꝑ Boni.in rub.de hõi.& per Mar. in.l.ſi quis negãdi.C.de ſicari.& in.l.ſi mulierẽ.ff.eo.dic vt ꝑ Felyn.in.c.ſicut.ubi dolo & Alex.et alios mode.ubi ſupra Limita quo ad irregularitatẽ incurrẽdã ut ꝑ lõgã apoſti.poſt Panor.ĩ.c.fi.de tẽpo.ordi.et ꝑ hęc remanet expedita pría pars.et nõ abſq; fructu aliquo diffinitio homicidij pertrãſiit.Sequitur.ij.pars.

1 ☞.*Homicidij ſpecies quotuplex ſit.*

2 *Homicidium uoluntarium quod ſit.*

3 *Dolus & animus requiritur in homicidio Voluntario.*

4 *Vbi dolus nõ eſt imponitur ordinaria pœna.*

5 *Stante ſtatuto ꝙ occidens occidatur tunc punitur ſi dolus, adeſt non culpa,etiam lata,ut in exemplis & limita ut infra.*

6 *An pro lata culpa imponatur pœna pecuniaria an corporalis.*

7 *Deducens dolũ in accuſatione & probet de lata culpa ſucumbit,ſecus ſi latam culpam & probat dolum,*[illegible]*am condemnatur.*

8 *Inſiliens animo occidendi ſi non occidat an teneatur de homicidio,& an & quando, & in quibus attentatum puniatur, & quid hodie iure regni, & limita ut infra.*

9 *Si ſtatutum dicat ꝙ occidens occidatur an cõprehendat attentantem occidere.*

10 *Agrediens aliquem qua pœna teneatur.*

11 *In regno animus occidendi non ſufficit ſed exitus & factum ſpectatur.*

12 *Attentatum in aſſaſſino punitur ſicut effectus & in alijs caſibus ut ibi & ibi declara de aſſaſſino & an in mandante locum habeat.*

13 *Aſſaſſinum qualiter committatur.*

14 *Aſſaſſinium non committitur niſi acceptetur*

mandatum & oblatio.

15 Attentatum in crimine leſæ maieſtatis punitur ſicut effectus & qualiter & quando puniatur.

16 An ſola cogitatio puniatur & quando.

17 Attentatū in crimine ſeditionis an puniatur.

18 Tractatus ſolus & ordinatio an puniatur & quando.

19 Emens uenenum ut alteri daret an puniatur & an attētās uenenare et qua pena.

20 Veneno non licet occidere etiam foriudicatum niſi ſit foriudicatus pro crimine leſæ maieſtatis.

21 Conſanguineus uenenans conſanguineum carceratum qualiter puniatur.

22 Occidens cum baſtono, animo baſtonandi & non occidendi an teneatur de occiſo.

23 Percutiens aliquem pugno & cadentem in terram ſi mortuus ſit, an teneatur de occiſo & nu. 26.

24 Si maritus calce uxorem percutiat & moriatur an teneatur de occiſo.

25 Occidens in ludo an teneatur de occiſo.

26 Percutiēs lapide et occidēs an teneať de occiſo.

27 Habens haſtam ferratam in manu & occidens lapide an teneatur de occiſo.

28 Prohibiens lapidem ex feneſtra & tranſeuntem occidat an teneatur de occiſo.

29 Dolus, & animus occidendi ex quibus & qualiter probetur.

30 Aſta & baſtono percutiens in capite an Et quā do preſumatur animo occidendi percutere, & an ſi occidat teneatur de homicidio, & pœna capitis nu. 32.

33 Reiteratio percuſſionis cum haſta in capite facit preſumi animum occidendi.

34 Reiteratio delicti auget pœnam.

35 Animus occidendi preſumitur ex conſuetudine occidendi.

36 Amicitia Et conſanguinitas facit preſumi homicidium caſuale.

37 Ex pluribus percutientibus ſolitus percutere torquetur.

38 Animus occidendi probatur ex confeſſione inquiſiti & accuſati & per teſtes nu. 39. & ex alijs coniecturis & preſumptionibus nu. 40. & an iuramento partis nu. 41. ſi fecerit animo occidendi an non.

42 Cauſæ criminales iuramento non deciduntur.

43 Purgatio per iuramentum an inducatur in cauſa homicidij.

44 Cui incūbat onus probādi ꝙ dolū et animum occidendi, & quid in dubio preſumitur.

45 Si teſtes nihil dixerint de percuſſione & loco percuſſionis & armorum genere in dubio quid preſummendum erit.

46 Quando condemnatur ex preſumptionibus pœna temperatur.

47 Solitus occidere preſumitur occidiſſe.

48 Dolus ex quibus cauſis excuſetur ut ordinarie non puniatur ut quelibet cauſa excuſet etiam fama & beſtialis dummodo probetur nu. 49. ſaltim ſemiplene.

50 Occidens uolentem an teneatur de occiſo.

51 Percutiens officialem regis uolentem an teneatur crimine leſæ maieſtatis.

52 Percutiēs clericum uolētem an ſit excōicatus.

53 Vulnerans ſeipſum an puniatur pena conſti. ſi quis aliquem.

54 Occidens ſeipſum an careat ſepultura.

55 Suſpendens hoīem an teneatur pena capitis.

56 Si propoſuit occidere Sempronium & occidit titium an pœna ordinaria puniatur.

57 Intentio an exitus inſpiciatur in delictis.

58 Furās rē ſi neſciat cuius ſit an teneare de furto.

59 Volēs pcutere tātum ſi occidat an teneať d occiſo.

60 Occidens mediatorem an puniatur ordinaria pœna & quid ſi dolo nu. 62.

61 Si extraxit ſagictā ut auē occidat et hominem occidat an puniatur pœna ordinaria.

63 Calor iracundiæ incunſultus excuſat a pœna ordinaria.

64 Occidens iuſto dolore commotus an excuſetur a pena ordinaria.

65 Mediator ſi facit alicui rixantium iniuriam animo ſedandi rixã non tenetur de iniuria.

66 Si uolens occidere ſempronium occidit titium & ſempronium an teneatur æqualiter de duobus homicidijs.

67 Volens occidere hominem occidit aſinum an propter animum teneatur de occiſo æqualiter puniatur.

68 Si unus mortifere uulnerauerit & alter in totum exanimauerit an ambo æqualiter puniantur.

69 Si duo nõ letaliter percuſſerint Et mortuus ſit ex duobus uulneribus an teneatur de occiſo & quid quo ad irregularitatem.nu71.

70 Indubio non preſumitur coadunatio in pluribus occidentibus niſi probetur.

72 Quid ſi ſtantibus pluribus uulneribus inquiſitus offerat probare mortuum ex alio uulnere an audiatur.

73 Si quis intulit uulnus non mortale in corpore ægroto & mortuus fuerit an teneatur de homicidio.

74 Quid ſi ſuperueniat febris in non mortaliter uulnerato & moriatur an teneatur de homicidio.

75 Si plures uulnerauerunt, & unum eſt uulnus mortale ex quo mortuus fuit uel plures inſiluerunt & unicum fuit uulnus ex quo mortuus fuit nec ſcitur quis intulit, an omnes teneãtur & qua pœna et an fiant irregulares.

76 Caporalis quis dicatur.

77 Si plures exiſtant in domo Et unus proiiciat lapidem & neſcitur & occidat qualiter teneantur & an omnes.

78 Si quis dat cauſam mortis an puniatur ſicut ſi per ſe occidiſſet.

79 Quot modis dicatur preſtare cauſam mortis propinquã proſequere per totã.6.qõnẽ.

80 Ponens gladium in manu furioſi an teneantur de occiſo ſi occiderit.

81 Oſtendens malam uiam ſcienter & occidatur an teneatur de occiſo.

curiā ſubintrare ī locū accuſatoris, & ꝓcedere
& cōdēnare, ut plene ꝓſequiť Par. in. d. tract.
ſindi. in uerbo accuſatio. vbi limitat niſi in ca
ſibus in quibus ex officio ꝓcedi nō pōt ut ſtā-
te ſtatuto aut priuilegio alicuius ciuitatis, ut in
noſtra ciuitate ꝙ iudex nō poſſit ex officio ꝓ-
cedere ꝙ deſiſtente accuſatore iudex, & curia
nō ſubītrat ut ꝓcedat ex officio extra uero ſta
tutū aut priuilegiū curia ſubintrat, & ꝓcedit
iuxta cōſtit. reg. poſt citationē, vbi ſit diſtō ꝙ
aut deſiſtit ante lit. cōteſt. & pōt impune abſq;
pecunia, cū pecunia uero nō pōt ſed puniť, ut
ibi, poſt litē uero cōteſt. non pōt deſiſtere, nec
tranſigere niſi cū lnia curie ut ibi. Limita ut ꝑ
Io. de arn. in ſing. xvij. in q̄rela cōtra cōſangui
neū, nā pōt poſt penitere, & uide in hoc Ang.
in gl. necnō ad q̄relā. uer. q̄ro an & qn̄ uetat
deſiſtere, & poſt eū ꝑ Auguſ & uide in. c. reg.
pridie ꝑ diuerſas, & in. c. reg. cōtingit interdū.
& in. c. incip. ad audiētiā ꝑ q̄ an hodie corriga
tur. l. trāſigere. C. de trāſ. inq̄tū ꝑmittit tranſa-
ctionē in penis in gerētibus penam ſanguinis,
dic ut ꝑ Mat. in. d. cōſti. poſt citationē. & an ꝑ
hōi. poſſit trāſigi, dic ꝑ doct. in. d. l. trāſigere. ꝙ
ſic ut in. l. i. et ibi Bar. ff. de bon. eo. q ſi. mor. cō
ſci. & ꝑ Gād. in. d. rub. de trāſa. & ꝙ iudex ſub
intrat pte remittente hr̄ in. c. reg. incip. ſpectat
ad ꝑſides ſub rub. ꝙ actore deſiſtente curia ex
officio ꝓcedere pōt niſi extaret ſtatutū aut pri
uilegiū ut ſupra, alias eo nō extāte ſubintrat, et
ꝑ Ang. in gl. cōpa. inquiſ. inter def. iiij. co. uer.
quid ſi opponat ꝙ illa iniuria, & plene Gādi.
in. d. rub. de trāſa. v. col. uer. ſed pone qōnē ꝙ
filij, ubi reſidet aut ſtare de hoc ſtatutū, & ꝓ-
deſt, ut non ꝓcedať aut nō extare, & tūc dicit
cōiter teneri poſſe iudicē ꝓcedere ad cōdēna-
tionē, & ꝑ Bel. in pra. in gl. qd̄ dictus titius. in
in fi. & Par. in tra. ſind. car. lviij. & in uer. cō-
poſitio. & uer. vltimo. & in. d. uerſi. accuſatio.
Boni. in rub. de pac. & ꝑ Bal. & alios in. l. trāſi
gere. C. de trāſ. pen. col. & Bal. in. l. ſi maritus.
380 §. ſi negauerit. ff. de adult. ¶ †Sed an ſtāte ſu-
pradicto ſtatuto ſeu priuilegio ſufficiat hr̄e pa
cem ab uno an uero ab oībus, & ſi ab uno an
alij pn̄t accuſare de hoc per Gādi. in. d. rub. de
tranſ. iij. col. ver. ſed pone ꝙ aliquis, & in tit. q
accuſ. po. in fi. Ang. in gl. necnō ad q̄relā. et ibi
an noceat extraneis ut poſſint accuſare loqui
tur tn̄ ſcd̄m ius cōe ſcd̄m qd̄ in crimine publi
co quilibet admittiť ad accuſandū, & ꝑ Ang.
in gl. necnon ad q̄relā. ſecus tn̄ eſt in regno nā
hodie nemo admittiť ad accuſandū ut quilibȝ
de populo niſi ſuā uel ſuorū ꝓſequať iniuriam
ut extat ritus magne curie incip. itē ꝙ nullus

laicus ſub rub.ꝙ nullus admittaṫ ad accuſan
dũ tãq̃ vnus de populo qui aũt dicanṫ ſui, dic
ut ꝑ Ang.in.d.gl.necnõ ad quere.& Gãd.ĩ.d.
rub.de accuſ.Et de ſtatuto requirente pacẽ ab
here.an ſufficiat hẽre pacẽ ab uno ꝑ Ange.in
gl.cõp.inquiſi.inter def.ij.col.uer.q̃d aũt ſi ſta
tutũ & ibi & an ſufficiat hẽre pacẽ a ſpurijs et
an a femĩa ut ibi,& ꝑ Par.ĩ tra.ſind.in uerbo
cõpoſitio.uer.ultimo.& in.d.locis q̃d ſi extẽt
minores.& pupilli q̃liter,& a q̃bus pacẽ hẽre
debet,& an ſufficiat a tutore & curatore,& ſi
ſit a pupillo an requiraṫ tutoris auct.& decre
tum iudicis,& an habeat reſtõnẽ,& an iudex
ſupplere poſſit de his ꝑ Spec.in titu.de homi.
doc.ĩ.l.pactũ curatoris.C.de pac.& Bal.ĩ.l.i.ĩ
fi.C.de reſt.in inte.& doc.ĩ.l.tutoris.ff.d̃ pac.
Gãd.& Ang.et Par.vbi ſupra,& Mat.in cõſt.
minorũ iura.vbi ẽt dixit ſi durũ hẽt aduerſa-
riũ põt facere pacẽ abſq; tutoris auct.& nõ re
ſtituiṫ,& per Pau.ĩ cõſ.cxci.ubi de pace facta
a minore an effectus maior rũpat pacẽ,& ui-
de pulchrá dcã ꝑ Io.de ar.ĩ cõmẽ.lxxxviij.Vbi
cũ curatoris auct.ſi nõ ſit pax dedecori pupil
lo uel eius agnatis,& ĩtellige ꝙ ſit natus alias
ſi poſthumus ſit nõ põt pax fieri niſi naſcaṫ,ut
ꝑ Io.de arn.in caut.lxxij.et an ſufficiat ab uno
hẽre pacẽ Bal.ĩ.l.ij.C.de lib.& eo.lib.Flor.ĩ.l.
ꝑ fundũ.ff.de ſer.ruſt.p̃d.doc.ĩ.l.ſi filius q̃ pa-
trı.ff.de vul.et pup.doc.ĩ.l.iij.§.cato.ff.de uer.
obl.vbi mod.Alex.ĩ.l.cõis.ff.d̃ ĩ ius vo.ꝑ doc.
poſt gl.& Bar.& habeṫ poſt eũ ĩ.d.l.tranſige
re,& in.d.l.ſi maritus §.ſi negauerit,& in.l.ſi
cut.§.eiuſdẽ.ff.de accuſa.& ꝑ Ioa.de arno.in
dialogo.xiiij.vbi an ſufficiat ab vno filiorũ an
381 ab oĩbus filijs requiraṫ. ¶ † Et no.ꝙ dicit Gã
di.in.d.rub.de trãſ.poſt Guid.de ſuza.ꝙ ſi p̃-
tendẽs maiorẽ dolorẽ remiſerit iniuriã,& fece
rit pacẽ ꝙ ceteri non admittunṫ ad accuſandũ
et ex hoc dicebã ꝙ ſi extãt filij parẽtes,et uxo.
occiſi & iſti remiſerint iniuriã,& fecerint pa-
cẽ ꝙ fratres nõ admittunṫ ad accuſãdũ cũ ma
ior dolor in illis cõſidereṫ q̃ in fr̃ibus, et remo
tioribus,& iõ illis remittẽtibus iniuriã fratres
nõ admittunṫ ꝑ.d.doctr.Gãd.maxĩe ſi nõ in-
teruenerit corruptio & pecunia,& uide ꝑ Spe
cu.ĩ tit.de aboli.§.i.uer.porro.Et quid ſi filius
a quo pacẽ hẽre debet ſit in monaſterio a quo
pax exigiṫ,dic ut ꝑ Dec.ĩ.c.ĩ p̃ñtia.ĩ fi.gl.fi.ꝟ.
iuxta p̃dicta.de ꝓba.& ibi ſi nõ ſit heres filius
382 ſed alius,& per Mar.ĩ cõſ.cxviij.ꝑ totũ. ¶ † Et
q̃d ſi extat inſtrm̃ pacis de vulneribus & mors
ſequaṫ an ꝓdeſt remiſſio doct.plen ĩ.l.dãnũ.§.
ſabini.ff.de dã.infe.& ibi ſi pacẽ hẽt a defun-
cto an req̃raṫ hr̃e ab heredibus ſtãte ſtatuto ꝙ
pax ab here.hẽaṫ & plene ꝑ Gandi.ĩ.d.rub.de
trãſ.& Ang.ĩ gl.cõpa.inquiſ.inter def.& Par.
ĩ.d.d.uer.cõpoſitio.uer.ultimo.& ꝑ Bal.in.c.
i.qui.mo.feu.ami.& per Mar.ĩ rub.ff.de fide
383 iuſ.no.ccclxvij. ¶ † Et an ꝑ inſtrm̃ pacis ꝓbeṫ
delictũ,& inducaṫ cõfeſſio, dic ut per doc.ĩ.d.
l.trãſigere.vbi diſtingue & Bar.in.d.§.ſi nega
uerit.& Gãd.ubi ſupra.& Brun.ĩ tra.de ind.
& tor.i.pt,ubi dat cautelã.& ꝑ Mar.in pra.in
§.diligẽter.& per Tho.gram.in.d.cõſ.xxxiiij.
vbi per inſtrm̃ indulti ꝓbaṫ delictũ,& per Gã
384 di in ti.de pen.iiij.col. ¶ † Et an proſit remiſ
ſio facta in mortis articulo per uulneratũ, &
maxime corã ſacerdote plene per Gãd.ĩ.d.ru.
de trãſ.& Spec.in ti.de ho.Ang.in.d.glo.cõp.
inquiſ.inter def.pen.col.& Par.in.d.uerſ.ulti-
mo.vbi ẽt an ualeat pax,& mortiſere uulnera
to,& ꝑ Bal.in.l.ij.C.de lib.& eo.libe.& ibidẽ
per doc.an ualeat cũ iur̃o,cetera in hac mate-
ria per Gãd.in.d.rub.de tranſ.& Boni.in tit.
de pac.& in ti.de treug.& doc.ĩ.d.l.trãſigere.
385 ¶ † Trigeſimo excuſat diuturnitas tp̃is, &
iõ ſi labaṫ decẽniũ,& nõ accuſeṫ ſi poſtea ac-
cuſaṫ & ꝓbaṫ pena minuiṫ,ut no.in.l.ſi diur-
no.ff.de pe.ubi gl.Math.in.d.cõſti.terminũ ui
te.xxi.fallẽ.& in cõſti.iuſticiarij.nõ per calen
das.iiij.nota.Panormit.in.c.cum habemus.de
eo qui dux.quam pol.per adulte.& per Par.
in trac.ſindi.in uerbo pena.uerſic.an ſi.lo.i.et
lo ulti & per Math.in deciſ.cclxxxvij.ubi ra
tione diuturnitatis fuit admiſſus ad compoſi-
tiõem,& ibi de aliquibus caſibus minuẽtibus
penam,& per Thom.gram.in conſili.xxxix.
& per Roch.de curt.in repeti.c.ſi de conſue.
i.not.& tradit Saly.in.l.ſeruos.x.colũ.C.ad.l.
iul.de ui pub.& Anch.in conſ.xxxix.& Mar.
386 in ſing.cccel. ¶ † Item diuturnitas operaṫ ut
teſtes excuſentur a periurio & falſitate ut quia
deponãt de his que fuerunt acta per ſex ann.
retro aut plures,ita ꝑ Tho.gr.ĩ cõſ.47.pe.co.ĩ

1137 fi.& ſeq. F †Trigeſimoprimo excuſat defe-ctus nullitatis inquiſitionis & pceſſu, & iõ ſi inquiſitione formãda nõ interuenerint tradita & requiſita per Ang.in.l.ſi vacãtia.C.de bo. uac.&Ang.in gl.hec eſt q̃dã inq̃ſitio.& Mar. plene in pract.in.§.cõſtãte.adeo q̃ pceſſus & inquiſitio fuerit nulliter facta maxime extra ordinẽ iuris pcedẽdo iudex nõ põt imponere penã ordinariã hõicidij ſed eã debet minuere& tpare,itaBal.in rep.ſuo ſ uer.pena.ult.co.uer. pena ordinaria.Mar.in.d.§.cõſtãte.in fi.& in §.q m̃.uer.redeũdo.Limita niſi delictũ eẽt ma nifeſtũ,ut p Mar.in prac.in.§.ſcda.q. Limita ẽt niſi delicto cõſtaret p cõfeſſionẽ partis nã li cet inquiſitio & pceſſus fuerit nullus tñ cõdẽ-naĩ pena ordinaria,& puniĩ, ut p Inn.ĩ c.qua liter & qñ.lo.ij.pe.col.de accuſ.Mateſil.I not. lij.icip.no.utilẽ regulã Io.de arn.in cõmẽ.vi. icip.pone ad materiã cõſti.terminũ uite.& q̃d ſupra dictũ eſt de notorio delinquẽte occidẽdo itellige p iudicẽ nõ aũt p priuatũ nã occidi nõ põt quãtũcunq; fuerit notorius & manifeſtus hõicida &delinquẽs,ita p Bal.in.l.fi.C.de ma le.& ma.Et ex pmiſſis habes.xlv.modos ex-cuſandi reũ d̃linquẽtẽ ſaltim a pena ordinaria hõicidij v3.xiiij.naturales.&.xxx.ciuiles alios uero modos minuẽdi penã hõicidij ordinariã, uide infra ſeq.par.& ſupra in.ij.par.de culpo-ſo et caſuali hõi.& auxi.& ẽt ĩ.iij.par.in mate ria mãdãtis,& mãdatarij & cõſultoris, ut ſu-pra nõnullos modos,uide p Gãd.in ti.de pen. in fi.& in prin.& in tit.de homi.& Boni.eo.ti. & in tit.quis poſſit aliũ offend.& Par.in tra. ſind.in uerbo pena.maxime in uer.quia mul-ta.& p hec ſatis remanet hec ps decorata ſua dote.Sequiĩ ultima pars de pen.homic.

SVMMARIVM

1 ☞ *Pena quid ſit & executio pene quid ſit .n.* 2

3 *Que ſit pena pro homi.introducta in omni iur. tam lege dinina q̃ ciuili canonica & regni.*

4 *Vltimũ ſuppliciũ quod ſit et an mortẽ denotet.*

5 *In quibus pena furcarum imponitur.*

6 *Iudex an poſſit penam mortis minuere in homi. & an poſſit nouum genus pene imponere pro homi. & an poſſit homicidam duci facere per terram & alios delinquentes nume.* 7.*&.* 8. *an ut ſecetur in fruſtra nume.* 9. *& an mino rem ut penam manus pro homi.iudex poſſet imponere numer.* 10. *& quid ſi per ſtatutum minuatur numero .* 11. *& an penam pecu-niariam iudex poſſet imponere pro homi. & an ualeat ſtatutum numero .* 12. *& an poſſit componere iudex & quando & que requi-rantur & an per barones hodie in regno poſ ſit fieri compoſitio ib. & commutare penam corporalem in pecuniariam & de ſtatuto q̃ ſi non ſaluato pro homicidio penam pecunia-riam decapitetur an diu Et per quantum tem pus expectari debet.*

13 *An corpus mortuum puniri poſſit & in eo fie ri executio*

14 *Si diuerſe pene imponantur pro homic. ut alia per ſtatutum & alia iure communi que pe-na imponenda ſit ſtatutaria an iuris com-munis.*

15 *In penis alternatiuis cuius erit electio.*

16 *Quid ſi concurrant diuerſe pene pro homic. maior & minor que prius erit imponenda.*

17 *Si condemnetur homicida ad penam capitis uel furcarum & non dicatur quod moriatur que pena imponenda ſit Et an mori debet & que dicatur pena capitalis nu.* 18.

19 *Si condẽnetur homicida ut ſuſpendatur & fu-nis rumpitur an liberetur.*

20 *An furce erigi poſſint in domo & iuxta do-mum delinquentis & in quo loco erigi de-bent & an in alio loco quam ſolito fieri poſ-ſit executio et an ſuſpenſus poſſit beponi abſ que licentia iudicis nume.* 21.

22 *An cogi poſſit quis ut ſit carnifex & an ue-ſtes accipere poſſit nu.* 23.

24 *In quibus pœna manus imponatur & que manus amputanda ſit & an redimi poſſit ſoluendo pecuniam & quid ſi manus ſit ari-da & quid ſi caret illa manu & ſi non*

ſpecificatum de qua manu intelligitur. & de pe
na truncationis lingue nu.25.

26 An pro homicidio puniri poſſit dupplici pena
uidelicet manus propter uulnus & mortis
ob occiſionem.

27 Quid ſi per ſtatutum homicida in loco domi-
cilij puniatur pena pecuniaria & in loco de-
licti pena mortis ſi ĩ loco domicilij puniatur
pena pecuniaria an in loco delicti puniri poſ-
ſit pena mortis.

28 Quid ſi per ſtatutum homicida punitur in pena
pecuniaria ſoluenda infra.15.dies alias de-
capitetur an ſtatim elapſis.15.diebus & non
ſoluta decapitatur.

29 An hodie ultra penam corporalem detur publi
catio bonorum & an ualeat ſententia quo ad
publicationem bonorum in hõi.& in quibus
detur publicatio bonorum ibi & de conſtit.
reg. imponentibus Penam publicationis bono
rũ nu.30.ubi ommes conſti.cap.& prag.reg.
& conſti.c.et pr.imponentes penas capitales
proſequere nu 31.& de alijs penis corporali
bus uide nu.32.conſti.c.& p ag.

33 Infra quãtũ tẽp.ꝰ fieri debet publicatio bonorũ
caſu quo eẽt fiẽda & quãto tpe preſcribitur.

34 Quãdo datur publicatio in bonis dic & proſe
quere regulam in materia publicationis ut p
quem fieri debet & an ipſo iure & an domi
nium ſit translatum in fiſcum.

35 An dãnatus ſuccedat et an poſſit facere teſtm̃.

36 Homicida an poſſit eſſe teſtis.

37 Hõicida an et q̃liter teneaꝛ filijs mortui ad ĩtereẽ.

38 Qualiter ad ſnĩam deueniri debet ĩ cã hõicidij et
quando et de ĩtellectu.l.qui ſnĩam.C.de penis.

39 Et an ex indicijs indubitatis condemnari poſſit
Et qua pena iponi.

40 An ex ſola cõfeſſione poſſit ad mortẽ cõdẽnari
abſq; alijs probationibus Et nõ cõſtito de cor
pore mortuo Et ibi proſequere qñ non noceat
et quid ſi facta abſq; inquiſitione formata et
quid ſi p metum extorta & dolo ſub ſpe gra
tie ut nu.41.42.43.nu.44.ſi dicat feciſſe
ad ſuam defenſionem licet non probetur.

45 An ſtatim q; confitetur damnandus ſit.

46 An ſtãtibus ꝓbationibus ſi ponitur reus ad tor
turã & negat et pſeuerat an damnari poſſit.

47 Si darẽtur pro hõi.pene alternatiue an electio
eẽt rei an iudicis & an iudex dabit eleccio
nem morituro ut eligat genus mortis.

48 Que attẽdẽda sũt ĩ penis ĩfligẽdis late pſeq̃re.

49 Que pena ĩponitur pro hõi.iure canonũ ubi de
pena perpetui carceris & alijs penis corpali
bus & an ius canonicũ ĩponat penã mortis et
ſanguinis nu.50.& quas penas ponit ius ca
nonicũ proſequere Et quid ſi dicat canõ iponi
penam mortis quomõ intellligitur.51. Et an
penam damnationis in metallum.

52 Pena ꝑpetui carceris an morti eq̃pareꝛ et an im
poni poſſit p eccleſiaſticũ pſõis laicis nu.53.

54 An index ſecularis dãnare poſſet ad penã ppe-
tui carceris et an cõdẽmnãdo ualeat ſnĩa &
an dãnatus ad perpetuos carceres efficiatur
inſucceſſibilis nu.55.& an inteſtabilis.

56 An pena ut muretur ſit ĩ uſu et cognita iure cãn.

57 An tradi poſſit clericus curiæ ſeculari ut mo-
riatur.

58 Que ſint delicta degradatiõe digna et de degra
datione uerbal et actuali & in quibus deli-
ctis locum habeat & quid requiratur & an
incorrigibilitas & an pro hõi.actualiter de-
gradetur nu.59.& que requirantur ut tra-
datur curiæ ſeculari nu.60.& an degrada-
tus retineat priuilegium nu.61. tam fori quã
canonis ſi quis ſuadente.

62 An in aſſaſſinio requiratur degradatio.

93 Forma degradationis actualis & uerbalis &
diſpoſitionis que ſit.

64 Qualis debet eſſe carcer cum condemnatur ad
perpetuos carceres.

65 Si fuit degradatus Et traditus curiæ ſeculari et
fuerit oppoſitum de nullitate degradationis
quis cognoſcet de nullitate ſecularis an eccle-

ſiaſticus.

66 Pro homi. efficitur irregularis & priuatur beneficio & an ipſo iure an requiratur ſententia & an cum conſcientia homicida retineat beneficium nu. 67. & an renunciare poteſt beneficio & quid in aſſaſsino an ipſo iure ſit priuatus.

68 Quis poteſt diſpenſare ſuper homicidio & an epiſcopus.

69 Epiſcopus an poſsit penam priuationis beneficij commutare in pecuniariam.

70 Quibus ex cauſis pene homicidarum minorentur aut differantur proſequere.

71 Vtilitas publica minuit ordinariam penam ut ſi eſſet magnus artifex.

72 Executio penæ capitalis acceleratur ĩ manifeſto latrone & grauibus.

73 Pena minuitur ob ſeruitia preſtita principi.

74 Bona uita & fama eſt iuſta cauſa minuendi penam.

75 Priuilegium Cardinalis ut ſi apponat condemnato pileum liberata pena mortis idem in filio regis obuianti & in corpore Chriſti.

76 Si pater preſentat filium homicidum non punitur pena mortis.

77 Si inmineret periculũ uitæ prĩcipis retardatur executio pene capitalis & an ſi promittat capere famoſos delinquentes & latrones uel cõſpiratores contra principem ex hoc differatur executio ibidem.

77 Differtur executio ſi liquet poſt ſententiam de innocentia rei et quid ſi appareat iniuſta ſententia. nu. 78.

79 An ad tumultum populi differatur executio ſententiæ capitalis & an acceleretur & quid ſi timetur ne conſanguinei eripiant condemnatum an acceleretur nu. 80

81 Si princeps mandat puniri grauiori pena quam ſolita aut de iure.

82 Quid ſi deberet reddere rationem ut quia campſor an condemnatus ſi fuerit differatur executio.

83 Differtur executio mulieris pregnantis condẽnate uſque adeo pariat.

84 Differtur executio propter neceſsitatem indagandi alterius criminis.

85 An ſi condemnatus uelit meretricem capere in uxorem liberetur a pena mortis.

86 An decuriones & anciani & conſiliarij ciuitatis puniantur ordinaria pena mortis.

87 In delictis puniendis an qualitas inſpiciatur perſone & quando & in quibus ut magis aut minus puniatur.

88 Quid ſi accuſetur de maiori crimine an ſuperſedeatur & differatur.

89 Quid ſi efficiatur furioſus an ob furorem ſuperuenientem differatur executio.

90 Quid ſi teſtes ſint de falſo accuſati ex quibus fuit condemnatus an differatur.

91 An differatur executio per appellationem factam per conſanguineos.

92 Quid ſi effectus fuerit clericus an differatur executio Et per quem puniri debet.

93 Clericus prime tonſure an cognoſcatur per ſecularem.

94 Minori & infanti pena an minuatur & quid in ſene.

95 Si liquet de innocentia condemnati an differatur executio & liberetur.

96 Si condemnatur quia occidit titium qui uiuit liberatur & non punitur.

97 Retractatur ſentẽtia capitalis quando fuiſſet lata ex aliqua preſumptione retractur per fortiorem preſumptionem ſuperuenientem.

98 Itẽ retractatur ſententia ex defectu iuriſdictionis que opponi poteſt etiam poſt ſententiam.

99 Si conſtat de homicidio per oppoſitionem Et exceptionem quia obiiciatur an puniatur pena capitis.

100 Conſanguinitas minuit delictum inter conſanguineos.

101 An debeat fieri remiſsio delinquentis ad locũ

delicti.

102 *An ſtatim q̃ cepit corpus Chriſti condemnatus occidi poteſt et an ei denegari poteſt corpus Chriſti.*

103 *Iudex an poſsit dare aliud genus mortis.*

104 *Si delictum eſt commiſſum extra territorium an minuatur pena.*

105 *Multitudo filiorum an ſit cauſa minorandi penam ut non moriatur.*

106 *Detegens coniugatione regis mitius punitur & alias cauſas proſequere & ibi an priuilegium liberetur ſi domus alicuius habeat priuilegium utquia ad eã confugerit ſit liber ibi.*

107 *De cauſis augentis penam & primo ex conſuetudine delinquendi & reiteratione delictorũ q̃ pena augetur & ibi quid operatur reiteratio & geminatio delicti & princeps indulgeat reiteranti & quid ſi reiterauit plura delicta pecuniaria an pena capitis.*

108 *Puniatur & per quo tactus dicitur ſolitus delinquere & quid ſi pena ipſo iure infligatur & quid ſi reiterata ſint minima.*

109 *Pena an augeatur ex cõtumatia in repetẽte ut in foriudicato perſeuerante per annũ pena augetur ex qualitate perſone occiſi proſequere ut ibi ſi Offendatur officialis regis & alie perſone ut ibi.*

110 *Augetur pena ex qualitate delicti & an & quando liceat iura tranſgredi & quomodo intelligitur Et per quos.*

111 *Item pena exaſperatur ratione mali exempli.*

112 *Pena exaſperatur ratione arbitrij & an in arbitrarijs liceat arbitrari mortem & quomõ intelligitur Et quando & an inferior ratione arbitrij poſsit ad mortem condemnare. numero. 113.*

114 *Arbitrium quid operatur & an ponet ad torturam abſque indiciis.*

115 *De delicto facto coram iudice an pena alteretur & an ſecundum conſcientiam poteſt punire ut ſi uiderit occidere abſque probationibus et quid ſi ſedeat pro tribunali & quid ſi ſciat accuſatum innocentem, quia alius occidit et tamẽ confeſſus extitit maleficiũ cũ aliis indiciis an iudex teneatur condemnare uel quia teſtes deponant contra eum an uero poterit liberare nu. 116.*

117 *Si relegatus ad tempus non parit relegationi dupplicatur tempus.*

118 *Alterat penam mutatio ſtatus & qualitas ut quia manifeſte committatur nu. 119.*

120 *Si pena minui debet q̃ erit iponẽda et q̃ ſi augeri debet et an pecuniariã et ſi corpalẽ que erit.*

121 *De pena ad remigãdũ et ſi non ſit appoſitum tẽpus an ppetuo remigabit & per quantũ tẽpus, et an ſeruum poſsit emere Et qd ſi aufugiat an capi poſsit pr̃ aut fr̃ ad remigãdũ nu. 122. Et an iudex in ſententia poſsit ſibi tẽpus reſeruare.*

123 *An et qñ iudex poſsit penam delicti moderare tã ordinarius quã delegatus et an et quando augere & an minoribus magiſtratibus liceat iura tranſgredi et an cã inſeri debet minuẽdo uel augẽdo et an in ſententia et quid ĩ dubio an ex cã preſumitur et an penã ſtatutariã poſſit iudex minuere nu. 124. et limi. 8. modis..*

125 *Quid opetur cl'a ĩ ſentẽtia ſaluo et reſeruat.*

7 §. CIRCA Itaq; vltimam partem operis et penas hõicidij, primo videndũ erit quid ſit pena & quid executio pene capitalis, ſecũdo que ſit pena introducta in omni iure ꝓ hõicidio, tertio que ſint cauſe minuendi penas homicidij, quarto que ſint cãe augẽdi & alternãdi penas hõicidij. quin
1 to de aliquibus q̃onibus. ¶ † Circa primũ pena a Gãd. in tit. de penis diffinit̃ eſſe delicti uel ꝓ delicto ſatisfactionẽ que propter delicta a lege vel legis miniſtro imponit̃, ſecũdum uero Bony. in tit. de penis, pena eſt delictorũ debita caſtigatio que a lege ĩponit̃, vel pena ẽ delicti competens, & iuſta cohertio vel delicti debita caſtigatio que a lege vel miniſtro legis imponitur ut iudice qui miniſter legis ẽ. l. celſus. ff.
2 de arbi, ¶ † Executio vero pene capitalis ẽ ſa-

ſatiſfactio quedam que fit per condemnatum
opera & miniſterio publici executoris ꝓ ſen-
tentie late obſeruatione.l.iiij.§.ait pretor.ff.ꝺ
re iudi.l.ij.& fi.C.ꝺ cuſto.reo.Bal.in auct.ſed
nouo iure.C.de ſer.fugi.per Pau.grill.in trac.
de pe.omni.coi.ſeu in tra.de relaxa.Car.in ti.
de ſenten.& pene execu.i.q.vbi etiam dixit
ſiendam executionem in loco publico vt vni
us exẽplo ceteri.terreantur.l.capitalium.§.fa-
moſos.&.l.aut facta.§.fin.ff.de penis.l.i.C.ad
l.iul.repe.clem.i.de pen.& qualiter executio
impediatur & ex quibus.dic vt per Fely.in re
3 pertorio.in verbo reus.in addi.¶ †Circa ſecũ-
dum iuxta legem Moyſi & diuinam pro ho-
micidio talis debeatur pena vt in deuterono.
iiij.ex exo.& traditur in.c.illa cauenda.xv.q.
i.ꝙ ſi vir aliquis nolens,& imprudentia occi-
debat aliquem tres habebat ciuitates tranſi-
ordanem & tres citra ad quas poterat confu-
gere & ibi exiſtens erat ſaluus tamen ſi paren-
tes & conſanguinei occiſi coram viris illarum
ciuitatũ probauerint dolo occidiſſe tunc occi
dens tradebatur in manibus parentum & con
ſanguineorum occidendus.ſed ſi anteꝗ confu
geret ad aliquam illarum ciuitatem forte rep
tus fuerit aliquis conſanguineus occiſi licet
nolens occiderit tamen poterat illum occidere
hec erat pena homicide ſecundum diuinã, &
moſaicam legem idem ſtatuitur leui.c.lxxx.
ꝙ morte moriatur ſi dolo aut inſidia occide-
4 rit. ¶ †Iure vero ciuili antiquo indiſtincte pe
na erat deportationis,& bona publicabantur
deinde data eſt diſtinctio perſonarum ut humi
liori loco conſtituti capite puniebantur & be-
ſtijs ſubijciebantur.honeſtiori vero loco depor
tabantur & bona publicabanť hoc dicit text.
in.l.iij.§.legis cornelie.ff.de ſicar.& text.in.l.
qui cedem.ff.eo.inde pena mortis introducta
eſt ut in.l.iij.C.de epi.aud.ubi hõicidia expe-
ctet quod alijs ipſe fecerit,& tex.inſti.de pub.
iud.in capitulo.itẽ lex.cornelia ibi que homici
das vltore ferro ꝓſequiť iuncta.l.aut dãnũ.in
prin.ff.de pen.declarat enim quãdo puniť fer-
ro,& gladio feritur vitam adimi intelligiť ad
idem tex.in.l.ſi adulterium cum inceſt.§.im-
peratores ibi ultimum ſupplicium remitti põt
ff.de adulter.excuſatur ergo ab ultimo ſuppli-
cio pp iuſtũ dolorẽ ergo innuit ꝓ homicidio pe
nam fore vltimi ſupplicij. ¶ † Vltimum autẽ 5
ſupplicium mortem interpretantur.l.ultimum
ſupplicium.&.l.qui vltimo ſupplicio.ff.de pe.
& in cõſti.oẽs.iũcta cõſti.peſſimã i.lib.ad idẽ
tex.in.l.pen.§.q alias pſonas.ff.de parri.vbi
occidẽs alias pſonas ꝗ cõiũctas capite & vlti-
mo ſupplicio damnatur,& l.c.i.§.ſi qs hoiem.
ꝺ pa.ten.et ita tenet glo.in.d.§.item lex corne.
& per Gandi.in tit.de homicidio.in prin.Bo-
ni.eo.tit.& in tit.de penis.quando vꝫ dolo oc
cidit iuxta.l.i.C.de ſicar.& non aliter vt ſu-
pra,& Bal.in.d.l.iij C.de epiſ.aud.no.per illũ
tex. penam homicidij hodie fore ſine redem-
ptione penam mortis idem ibi Pau.dicens ve
rum quando dolo & non culpa etiam ſtante
ſtatuto ꝙ occidens occidatur,& idem Pau.
in.l.ex morte.C.ad.l.aquiliam.Ang.in glo.ex
interuallo.gl.&Ang.in l grachus.C.de adult.
Cepo.conſi.xxxiij.Ange.in.d.l.iij.§.fi.ff.de ſi
car.vbi dixit penam non eſſe in vſu ꝙ ſubij-
ciantur beſtijs ſed eius loco naturaliter decapi
tatur idem dicit penam deportationis nõ eſſe
in vſu ſed nobilis decapitatur & ſic innuit indi
ſtincte ſiue nobilis ſit ſiue non decapitať natu-
raliter & moritur plene per Mar.in.d.§.fi.&
in.l.i.in princi.ff.de ſicar.& in.l qui cedẽ.eo.
tit.& conſi.ix.& conſi.xxiij.et conſil.lxiij.et
conſi.lxvij.et conſi.xc.et ſeq.et conſi.c.et cõ-
ſil.cx.et conſi.cxv.et conſi.cxiij et in ſing.cc-
lxx.et Thom. gram.in uoto uigeſimotertio.
Hodie uero in regno eſt prouiſum & innoua-
tum iuri communi ut miles & nobiles ultore
gladio capite feriatur & decolletur & caput
aſpatulis amputetur inferiore loco poſitus fur
ca ſuſpenditur ita ſtatuiť in conſti.reg.termi
nũ vite.primo lib.ſub.rub.de homicidio puni
& ſic etiã in regno hodie indiſtincte ꝓ homici
dio vita adimitur licet qualitas mortis altere
tur & diuerſificeť ratione nobilitatis,& igno-
bilitatis,& vide ibi per Mattheum, quinto
notabili, vbi de pena legis cornelie,& per
Paridem in tractatu ſindicatu. in verbo pe-
na.uerſiculo an ſi.lo ultimo.& ibi in uerſicu-
lo an ſi ſtatutum.dicit ꝙ ſi nobilis furca ſuſpẽ
ditur punitur iudex ibi unde iudex ſed quate-
nus de furca dicit.d.conſti.uidetur eſſe contra

tex.

tex.in.l.aut damnum. in princ.ff.de pen. vbi pro pena vltoris gladij nõ debet furca ſuſpẽdi.dic quando ita eſſet cõdemnatus ſed ſi ad furcam condemnatur furca poteſt ſuſpẽdi ita dicit tex.in.l.capitalium.in princ.ff.de penis. Sic & transfuge & de tectores, & denunciatores conſiliorum regiorum,& principis ſeditioſi & concitatores tumultus popularis furca ſuſpenditur,vt.in.l.ſi quis la.ij ff.de penis. dic vt per Bal.in.c.poſt.§.iniuria.ij.co.de pa. iura.fir.vbi ponit caſus in quibus quis furca ſuſpenditur,& vide caſus per Guido.pape.in deciſ.parla.589. Sit etiam pro furto rei valo. vltra vntiam furca ſuſpendit.c.i.§.ſi qs qnq3. ſolidos.de pa.ten.& in.c.reg.incip.ad hec ſub rub.de fur.& licet Math.in conſti.terminum vite.dixerit pro tali furto indiſticte puniri,& ſuſpendi furem non habita diſtinctione nobilitatis tamen dicit contra illud.c.ad hec.quod ſtatuti nobilẽ decapitari, & alios furca ſuſpẽdi,& vide Par.i.d.tra.in dicto ver.pena.ver. an ſi.lo vlt.vbi idem quod Mathe.quod propter furtum nobilis furca ſuſpenditur. idem ĩ proditore,vt per Ioan.de arno.in problema. lxxi.poſt Marſi.in ſing.xv.in quibus etiã habeat locum pena furcarum,dic vt per Gandi. in tit.de pen.circa fi.vbi ponit caſus varietatis penarum mortis furce, & ignis ammiſſione manus pedis oculi,& bullationis, & fuſtigationis & per Bal.in.l.data opera.C.qui ac cuſ.po.& perquire infra in repilogatione cõ-
6 ſti.&.c.regi. ¶ † Et licet pro homicidio pena mortis ſit introducta tamen in poteſtate iudicis eſt penam ex cauſa minuere, & homicidã deportare.l.lex iulia.§.fi.ff ad.l.iul.repet. Ludo.in.l. mulier.xxxij. col.ff.ſol.ma.Fely. in.c. dilecti.ix.col.&.declar.de excep.Thom.gra. in.d.vo.xxiij.Cepo.in.d.conſi.xxxviij.Mar. in pra.in.§.quoniam.& in.l.i.in prin.& in.§. diuus adrianus.ff.de ſicar.& in ſing.cclxx.in-
7 cipi.hõicida & ſupra fuit dictũ & iſra. ¶ †Sed an iudex poſſit imponere nouum genus pene pro homicidio non introductum a iure dic ꝙ nõ,& ideo non põt iudex imponere penã ꝙ baliſtetur cum certe pene ſunt a iure & cõſuetudine ſtatute a quibus nõ põt iudex diſcedere.l.moris.§.iſte fere, & in.l.capitalum.§. moris.ff.de pe.per Bal. in.l.incredibile.C.de pen.ita Par.in.d.tra.in verbo pena.ver.an iudex.& ideo non poteſt iudex imponere penã perpetui carceris.d.l.incredibile. alias tenetur in ſindicatu.l.aut damnũ.in prin.ff.de pe. An
8 ge.in gl.& caput a ſpatulis.i.col.ver. ¶ † Qui immo plus dico põt tamen ex cauſa , vt ꝙ latro famoſus,vel grauiter delinquẽs ducatur per terram,& trahatur per ciuitatẽ vel ſtante conſuetudine aut ſtatuto,vt per Par.in.d.
9 ver.pena.verſi.licet.in fi. ¶ †Et an poſſit imponi pena vt ſecetur in fruſtra,& diſquartetẽ dic ꝙ poteſt in enormiſſimis,vt per Panor. in.c.at ſi clerici.in prin.antepen.col.ver.nam quandoq3 punitur.de iudi.vbi de aſſaſſino ꝙ in fruſtra ſcindatur alias vero non poteſt recedere a penis ſtatutis nulla ſtante cauſa, &
10 ¶ † Ideo iudex pro homicidio non poteſt imponere penam manus minorando. cum ſtatuta pro homicidio reperiatur ex quo refert Andr.in.d.c.i.in ver.bona cõmittentium.in tit.que ſint rega.ꝙ cum quidam iudex ꝓ homicidio impoſuiſſet penam manus fecit eum rex ſuſpendere cum debet ipſum condemnare ad mortem & capitalem & mortis penam imponere,ita per Par.in.d.tra.in verbo pena ver.iuxta.circa fi.& per Mathe.in conſti.penam eorum.i.no.&.xiij.no.& vide per Par. in.d.trac.in verbo iudex.lo.primo vbi punitẽ iudex qui non punit corporaliter aut capitaliter puniendum tali pena,& econtra ſi punit
11 capitaliter qui non debet puniri. ¶ † Limita niſi per ſtatutum pena alteret uẽ ꝙ maior pena imponatur pro vulnere ꝙ̃ pro homicidio nam iudex debet imponere penam vulneris, & non homicidij vt dixit Bar.in.l.nunꝙ̃ plura.i.col.ver.quero circa.hoc idẽ Bal.in.l.qui cunq3.ij.col.C.de ſer.fug.& ſic limita in caſu illo ꝙ pro homicidio nõ imponatẽ vera pena
12 homicidij. ¶ † Sed an pro hõicidio iudex imponere poſſit penã pecuniariam vigore ſtatuti imponentis penam pecuniariam pro homicidio an vero non valet tale ſtatutum dic ꝙ doct.tenent cõiter taliter ſtatutum valere vt per Bart.in.l.i.ff.de publ.iud.& in.l.i. ff.vi bon.rap.&.l.traſigere.C.de tranſ.Bal. in.c.i.§.iniuria de pa.iur.fir.Alber.in tra.ſta.

ĳ.par.q.ccxx.Bar.in.d.l.nunq̃ plura.ff.de pri. deli. Areti.in conſi.lviĳ.vbi ex cauſa dicit valere licet Tancre.in ſua compend.Hoſti.& Ioan.and.in.c.fi.de conſue.teneant contrarium ꝙ non videlicet tanq̃ contra ius diuinum indiſpēſabile ꝑ ius poſitiuũ, & Arch.xxiĳ.q.iiĳ. c.duo iſta.&.c.fi.ne cle.vel mo.l.vi.no.Imo. in.d.l.i.ff.de pub.iudi.Ange.tenet idē cũ Bar. in gl.ex interuallo.Par.in.d.tra.in uerbo compoſitio.in princ.vide per Mar.in.l.i in princ. iĳ.co.ff.de ſicar.& in ſing.665.vbi plene limitat nō habere locũ in hōicidio, & delicto qualificato vt in aſſaſſinio parricidio,& ꝓditorie occidendo, vt plene ꝓſequit̃ ibi Mar.& Ancha.in.c.ĳ.de hōi.& in.c.cum non ab hōie.đ iudi.Barba.in conſi.lxx.ĳ.vol.& Mar.in cōſi.cxv.& ꝑ Panor.& Roch.de cur.in.c.fi.de cōſue.& in.c.ĳ.đ delict. puer.vbi ꝑ alios Bal. in.l.i.xvĳ.col.C.de ſum.tri.& fide ca.Alex.in l.i.ff.quod q̃ſ.iur.vbi limitat niſi pena pecuniaria fuerit contemptibilis vt quia parua pecunia Gemi.in.c.fi.de conſue.in.vi.Pano.in c.ĳ.de ſepul.Fely. plene in rub.de hōi.vbi late proſequitur ꝙ & contra,& limita ibi vt ꝑ eũ et per Mathe.in prelud.cōſti.reg.vĳ.q.ubi idē quod Alex.limitando niſi pena foret cōtemptibilis,et ꝑ Par.in.d.ver.pena. ver.quid ſi nō obſtāte ſtatuto occidat,vt ꝑ eũ vbi ergo ſtatutũ vȝ pōt imponere penā pecuniariā idē dicas vbi ex cōſuetudiē aliq̃ curiarũ ſolita extitit cōponere pro homicidio,& imponere penā pecuniarīā ut magna curia uicarie que parte cōcordata & remittēte pōt maxime ex cā penā pecuniariā imponere,vt ꝑ Mat.in decif.cclxxxvĳ.alleg.gl.in.c.ĳ.de deli.puer.ubi dixit ꝙ hñs iuriſdictionē ex cōſuetudine preſcripta poteſt,ꝑ homicidio imponere penā pecuniariā, et alleg.Mat Luc.de pen.in.l.i.in uerſ.diſtulerit. C.de deſert.lib.xĳ.idē tenētē Par.in.d.uer.cōpoſito. dũmodo ꝙ fiat parte cōcordata & nō aliter iuxta ritũ mag.cur.incip.itē ꝙ vbi ꝓcediturꝫ ſub rub.ꝙ curia ipſa nũq̃ cōponit & in alio ritu incip.item ꝙ dictus locum tenēs ubi ſiue ex officio,ſiue ad denunciam & accuſationem,& Par.& Luc.ubi ſupra. Et an facta compoſitione pars poſſit iterum accuſari, & quando,& de cautela per Par.in.d,uer.compoſitio.uerſi.an ſi compoſitio. & uerſi.ſeq.an facta,& uide per Gandi.in.d.c.i.in uerſic.bona committentium.& Mathe.in.d.deciſ & in proem.conſtitu.viĳ.not.& in conſtitu.ſi aliquem.& in conſtitut.cauſas.alias.ix. nota.& & per Thom.gram.in uot.xxxv.et in conſil. xxxv.nec paſſim. et cum unoq; debet fieri talis compoſitio,ſed cum eo qui ſperatur nō delinquere ulterius nō tñ cũ cōſuetudo delinquere, nam cum tali non debet fieri compoſitio, ut per Tho.gra.in.d.uo.xxxv.et cōſi.xxxvi et Mat.in conſti.incōſutilē.pen.co.et in cōſti. ſi damna clandeſtina.x.no.vbi leues perſone non debent admitti ad compoſitionem, & in proe.conſti.§.nos itaq;.vi.no.vbi non debet admittere homines male conditionis & fame ſed bone fame, & in vnico delicto, & in conſtitu.intentionis.ĳ glo.vbi non patratores grauiorum criminũ.& extant in reg c.incip. ad peruerſorum, & aliud incip.ne puerſo iudicio.ſub rub de non cōpon.ſuper crimine capitali.alia requiſita in componendo in crimine capitali,vide per Lucam de penna vbi ſupra,& Par.in.d.ver.cōpoſitio.& in pena vbi refert tradita per Lu.de pen.in.d.l.i.& extat aliud.c.incip.ne quis ſua malitia.ſub rubr.de non cōponen.ſuper deli.corpo. vbi incorporalibus nō admittitur compoſitio quod intelligas vt ſupra niſi parte concordata ſtante bonitate vite,& fame & vnico delicto vt ſupra ad idē extat noua prag.ſue Mag.ceſa.per quā in capitalibus,& corporalibus non admittat̃ delinquens ad compoſitionē niſi ex cauſa, & cum conſilio cōſiliariorum vt in ea cōtinetur & vide in hoc dictum Math.in.d.conſti.ſi q̃s aliquem.ĳ.no.vbi ſi requiſita pars noluerit ſe concordare & cōtradixerit ꝙ in pena manus concurrentibus premiſſis qualitatibus poteſt componere cōtra predicta cum partis concordia requirat̃, & vltra ꝙ cōſtet de delicto ſaltim per vnũ teſtem alias nō debet fieri compoſitio ne reus vexetur indebite ſi non cōſtat per vnum teſtem vt per Par.in.d.ver.compoſitio vt in.c.per eum allegatis.& in verſi.ſeq.iĳ.& ver.quia vbi quando.& cũ quibus fiat compoſitio,& vide de materia compoſitionis per Pau.gril.in tractatu de relaxatio. cartorum.

& an hodie in regno per Barones poſſit fieri
cõmutatio pene capitalis & corporalis in pe-
cuniariam ex cauſa, & ad quem ſpectabit pe
na ad baronem,dic ut per Capi.in deciſ.ſa.cõ
ſil.xxvij.vbi diſtinguit aut baro facit ex pro-
pria uoluntate non ex meritis proceſſus cum
per ea mori debet,& tunc non poteſt penam
commutare aut ex neceſſitate ut quia non de
bet ex meritis proceſſus mori ut quia dicat ſe
feciſſe ad defenſionem,uel ex alia cauſa & tũc
poteſt commutare,& erit baronis, & not. ꝙ
dicit idem Capi.in deciſ.cxxx.in.iij.dub.uerſ.
no.quedam uerba ꝙ hodie pena capitalis pro
crimine leſe maieſta.commutatur in publica-
tionem bonorum auct.Andr.in conſtitu.cum
ſatis quod no.ſi uerum ſit.Sed quid ſi ſtante di
cto ſtatuto de pena pecuniaria pro homicidio
& extet aliud ſtatutum ꝙ ſi condemnatus ad
penam pecuniariam non ſtatim ſoluat decapi
tetur an ſtatim debet decapitari an debet diu
expectari ut ſoluat,uide per Ange.in glo.quas
ſi non ſoluit.ij.col.uerſi.quid autem ſi ſtatutũ.
& per Auguſ.poſt eum,& poſt Bart.& alios
in.l.ſuo quoq;.§.ſi.ff.de here.inſti.& Bal.in.l.
quicunq;.C.de ſer.ſugi.& quid ſi ſtatutum mi
nuat penam propter confeſſionem an minua-
tur pena corporalis,dic ut per Ang.in gl.dedu
cta quarta.Et an & quãdo iudex penã ultimi
ſupplicij,& capitalẽ poſſit tranſmutare in pe-
cuniariam,dic ut per Panor.in.c. archiepiſco-
13 patu.de raptori.☞ †Sed an corpus mortuum
poſſit puniri & executio pene capitalis poſſit
fieri ſuper eo vt quia forte mortuus reperiatur
aut in carcere aut in tormentis ante condem
nationem an poſſit puniri vt ſuſpendi aut de-
capitari doct.tradunt in.l.ij.C.qui teſt.fa.po.
& Bal.in.l.i.C.ne ex deli.defun.& Areti.in.l.
ex facto.ij.col.ff.de vulg.& pupi.dic ꝙ nõ ni
ſi ratiõe imanitatis ſcelerũ vt in famoſis latro
nibus aſſaſſinijs parric.& alijs cõmittentibus
grauiſſima crimina,vt not.in.l.ij.ff.arbo.fur.
ceſ.l.capitalium.§.famoſos.ff.de penis.dic vt
traditur in.d.l.ij.& per Par.in tra.ſind.in ver
bo mortuus.& in verbo iudex.lo primo.An-
ge.in.l.ſi.C.ſi reus vel accuſa.mor.fu.& in.l.
defuncto.ff.de pub.iudi.Ange.& Imo.in.l.qui
a latronibus.§.ſi quis.ff.de teſtam.Ludo.in.l.
ſi vero.§.de viro.xlvi.ſall.ff.ſol.ma.Marſi.in
l.finali.ſexta columna.ff.de queſtioni.Bal.&
Rapha.in dicta.l.ſecunda.C.qui teſtamen.fa
cere poſſunt.dicunt fore arbitrarium Angel.
in glo.qui iudex.videns.vij.colum.ver.an aut
cadauer.& Deci.plene in.l.in heredes.ff.de re
gu.iur.Ange.in.l.ſi.C.ſi pend.appe.reus mor.
fu.Bel.in pra.in rub.de queſtio.colũ.xxvi.&
14 ſeq.& per Areti.in.d.l.ex facto.ij.col.☞ †Sed
quid ſi diuerſe pene reperiantur ſtatute puta
vna iure communi.alia iure municipali & ſta
tutario pro homicidio que pena imponenda
erit,& ſi plures pene pro eodem facto,& ho-
micidio an vtraq; an altera,& que hanc que
ſtionẽ tradit plene Ang.in gl.& caput a aſpa-
tu.ampu.ij.co.vbi refert opiniões, originaria
Dy.in.l.i.ff.vi bon.rap.& Cy.in.l.qui ſepul-
cra.C.de ſepul.viol.vbi de pena ſtatutaria de
pluribus vero penis Ray.poſt eum Bart.in.l.
ſanctio legũ.ff.de pe.de prima an per legem
nouam,& per ſtatutum ſit ſublata pena legis
iuris cõmunis ꝑ Gand.in rub.de var.queſti.in
mal.ij.co.ꝑ Dy.& Bar.in.d.l.i.qui concludũt
per legẽ ſtatutariam non fore ſublatã penã iu
ris communis niſi nominatim appareat receſ
ſum aut ex coniecturis, & preſumptionibus,
ut quia ſtatutũ dicat procedendũ de ſimilibus
ad ſimilia,& vbi nõ reperitur ſimile recurrit
ad ius cõmune tunc apparet penã iuris cõmu
nis in ſubſidium imponi,& ſic penã ſtatutari-
am imponendam.in ſubſidiũ vero cõmunem
ſed poſt impoſitam penã ſtatutariã pena iuris
cõmunis imponi nõ põt cũ vtraq; tendat ad
vindictam,& ita reſidet Bar.poſt Dy.in.d.l.
i.iudex ergo poterit imponere penã iuris cõ-
munis non obſtãte ſtatutaria vbi nõ apparet
expreſſe,aut tacite receſſum,ſed per vnius ele
ctionem precluditur via alteram imponendi.
hanc eandem opnionem ſequitur Ange.in.d.
gl.& caput a ſpatulis. & ita dicit ſeruaſſe,&
refert, ita tenere Imol.in.l.ſecunda.ff.de pu-
bli.iudic. & Bal.in.l.eum.C.de furtis. & Ce-
poll. in conſilio decimoquarto, Oldrad. in
conſilio nonageſimoquarto, Bernard. poſt
Angelum in dicta gloſa. & caput aſpatul.
contrariam tamen opinionem tenent om-
nes Doctores quod per penam ſtatutariam

-ſit ſublata penaiuris communis, immo impu-niendo fatuus eſſet iudex qui aliam penam imponeret ꝙ ſtatutariã, ita dixit Bal. in. l. data opera. vi. col. verſi. item notandum. C. qui accuſ. poſ. vbi innuit penas poſſe, aut ſtatuto, aut cõſuetudine immutari unde ſi ſtatutum loci pro delicto imponit penam non capitalem receſſum eſt a pena capitali. l. qui cũ uno. §. poſt. ff. de re mili. idem ſi conſuetudo & cõtra ſi non capitalem, capitalem imponat nã capitale efficitur delictum, & capitalis imponi debet, & pena ſtatutaria, & non iuris communis cum generi per ſpeciem derrogetur, & per legem ſtatutariam tanquam ſpecialem loci ſit derrogatum legi iuris communis & generalis, ſecus tamen dicit eſſe in penis incluſis in eodem iure, aut communi, aut ſtatutario, nã una non tollitur per aliam quo ad natiuitatẽ l. qui ſepulcra. C. de ſepul. viol. de hoc an qñdo diuerſa pena imponitur per ius commune aut ſtatutum an vtraq; pena ſit imponenda & que plene dic ut per Bar. in. l. nunquam plura ff. de priua. deli. & in. l. ſenatus. ff. de accuſ. & in. l. ſanctio legum. ff. de pen. & Ang. in. d. gloſ. & caput aſpa. in quibus vide plenariam diſtinctionem, & per Saly. in. l. qui de crimine. C. qui accuſa. poſ. & in. d. l qui ſepulcra. & in alijs locis infra hac eadem queſtio. ꝙ autem ſtatutaria pena ſit imponenda per Spec. in ti. de accuſa. & Ioan. and. in Specu. in titu. de pena teme. litig. §. fi. & Gandi. in tit. de pen. Iac. de bel. in diſput. quam facit in. l. i. C. de requir. re. plene Albe. in trac. ſtatu. i. par. viij. q. Ioan. and. Ancha. & Gemi. & Philip. fran. in. c. felicis. de pen. in. vi. & Ancha. in. c. i. uerſi. quero etiam vtrum de conſti. Bal. in. l. i. xi. oppo. C. de ſum. trin. & in. l. & ſi ſeuerior. C. de infami. & in. l. placet. C. de ſac. ſanc. eccle. & in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de infami. & in. l. non eſt nouum. C. de legi. & in conſi. cxx. iij. uolu. & in. l. ij. in fi. C. de reb. cred. Saly. in. d. l. qui ſepulcra. & in. d. l. qui de crimine. & Bar. in. l. fi. C. de aquedu. lib. xi. Panor. Barba. & Deci. in c. de cauſis. de offi. deleg. Fely. in. c. quod olim. vbi limita de iudi. ubi plene Math. poſt And. in conſtitutio. intentionis. & in conſtit. ſi quis in poſterum. pen. col. in glo. in poſterum, vbi etiam ſi diuerſe pene omnes imponi poſſunt, & in conſti. fi. ſi quis aliquem ſub rubr. de ſpo. ho. mor. in fi. vbi plene & in conſtitu. pactarenorum. vbi ponit decem limitatiões, & in cõſtitu. legitima pondera Cepo. in conſi. xiiij. Pari. in. d. uer. pena. uerſi. quid ſi ſtatutum. Marſi. in cõſi. lxi. & conſ. ci. & i pra. in. §. queritur. & in l. i. §. ſi ſerui. ff. de queſt. & plene Thom grã. in. d. uo. aut conſi. xxxv. allegat Paul. in. l. i. §. dixerat. ff. de publi. ita ſeruari in practica, & Cuma. in conſi. cliij. & Corne. in conſi. cxiij. i. uolu. & ideo dicit in regno in materia corruptionis iudicis attendi conſtitu corruptele & non ius commune. Limitat tamen Marſi. in. d. §. queritur niſi lex ipſa eſſet equior & iuſtior ſtatuto nam tunc pena iuris communis, & legis, & non ſtatuti eſſet imponenda, vt per eũ & ex his ſiue dicamus conſti. reg. fore ius commune ſiue ſtatutariam regni, vt ſupra in prin. diximus pena contenta in. d. conſtit. terminũ uite. pro homicidio in regno erit infligenda, & maxime ex quo debemus iudicare iuxta diſpoſita per conſti. reg. & eis deficientibus ſecundum ius longobardum, deinde ſecundum ius commune, immo ſi ius commune ſtatutarium, aut conſuetudo aliqua contrarietur diſpoſitioni conſtit. reg. non erit attendendum, ſed ſola conſtitu. attendenda erit ita ſtatuitur in proem. conſti. §. preſentes ubi And. & Mathe. ꝙ etiam future caſſantur conſuetudines, & in conſtitut. puritatem. immo dicit gloſ. & Mathe. in. d. §. preſentes ꝙ ſi quis obſeruauerit ius commune vbi contrariatur. conſti. reg. tenetur de falſo tanꝙ vtens legibus caſſatis niſi vbi nõ reperitur deciſum per conſti. reg. vel vbi non contrariatur de quo vt ibi per Mat.
15 in fi. & per eundẽ in cõſti. rapinas. i. no. ✝ Et de penis cumulatiuis per Bart in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de in fami. & de penis alternatiuis an electio ſit iudicis an rei condemnati ad mortem vt eligat genus mortis dic vt per Fly. in. c. inter ceteras. v. fall. de reſcrip. Ange. in. d. glo. & caput aſpa. vbi de penis alternatiuis & Par. in. d. ver. pena ver. quia multa ibi vbi plures pene. ſed quid ſi diuerſe pene imponantur a diuerſis ſtatutis que imponi debet dic vt per Bart. in. l. omnes populi. xv. col. & ſeq.

ſeq.ff.de iuſti.& iu.Ang.in gl.dictum ſempro. condemnamus.ij.col.& Gand.in ti.de penis.
16 vi.col.&Bel.in rub.de queſtio.xlij.co.¶ †Sed quid ſi concurrant diuerſe pene maior mortis & minor que pena prius imponi debet dic ꝙ minor & poſtea maior gl.& doct.in l.omnes. C.de delato.lib.x.Ang.in.l.nunꝗ.ff.de priua. deli.Ang.in.c.ſi.de collu.de tegen.Ludo.mon tal.in tra.de reproba.ſen .pila.i.artic. ver.nūc
17 quero.ibi iſtis facit.¶ † Sed quid ſi condemnetur homicida ad penā capitis nec dicatur ꝙ caput amputetur vel anima ſepareť de corpo re ita ꝙ moriatur, idem ſi dicatur ad furcarū ſuſpendium nec dicatur ita ꝙ moriať an mo ri debet, vel ſufficiat ſimplex ſuſpendium vt cenſeatur facta executio ſententie primam ꝗ ſtionem tangit Imo.in.l.i.ver itē adde ꝙ ſtatutum.ff.de publ.iudi.& dicit dictam penam verificari in exilio ꝑpetuo & nō in ammiſſio ne & amputatione capitis & mortis, & ideo cautela eſt ꝙ dicať ita ꝙ moriatur alias morte non punitur quod dicit notandum pro iuuā do amico ſi non dicatur & de hoc ſolent allegari tres gl.vna in.l.i.C.ne māci.criſt.& alia in.l.ne frumentum.vbi Bal.&Saly.ponderāt. C.que res vendi non poſſ.alia eſt in.l.tranſigere.C.de tranſa.allegatur text.in.l.hos accu ſare.§.omnibus.ver.capitis.& ibi gl.ff.de accuſa.& tex.in.l.cum patronum.ff.de iure pa. & in.l.preſenti.in prin.C.de hisq ad eccle.cō fu.vbi vltra capitalem exprimitur, & vltimi ſupplicij,& in.l.eos.§.ſuper his.C.de appella.hoc idem tenet Ioa.And.in.c.quanto.in.i. glo.de iureiur.Bel.in pra.in tit.de pe.capitalibus vbi late deducit penas capitales,& non capitales que ſint.& in rub.de pena capitali. Angel.optime in.gloſ.& caput a ſpatulis.vi. col.ver.quid ſi ſtatutum dicať. Cy.in.l.i.C.ad falſ.Bald & Pau.in.l.ij.C.de falſa mone.Oldra.& Fulgo.in.d.l.preſenti.vbi dicit ita practicare aſſeſſores ꝙ ſemp dicant in ſententijs taliter ꝙ moriatur,&anima a corpore ſeparetur Ana.in.c.qualiter & quando.§.ad corrigendos.iij.col.de accuſ.Panor.in.c.at ſi clerici.in prin.xxi.co.de iudi.Anch.in clem.paſtoralis.x.no.de re iudi.Ana.in.c.i.ij.col.de homi.Alex.in.conſi.cxvi.iij.vol.Marſi.in conſi. li.Iaſ.in.d.l.tranſigere.iij.co.ver.In ſi.gl.Alex. in conſi.ciij.i.vol.& conſi.cxxi.vij.vo.& cō ſi.cxix.eo.vol.Mathe.in conſti.comes.v. no. ad ſaturitatem Fely.in.c.ex literis.xi.co.de cō ſti.& Mar.i pra.in.§.oportune.ij.co.ver.vlterius videndum eſt.Alex.in conſi.cix.iiij.vol. & in dictis locis idem intelligendum de ſtatutis imponentibus penam capitalem vt intelligatur & interpetretur de minori in benignio rem partem.Limitat tamen Imo.in.d.l.ij.& Ang.in.d.glo.niſi aliter appareat de mēte ſtatuentium.l.iij.C.de lib.preter.Limitat etiam niſi imponat penam in alio caſu ꝗ̄ iuris com munis alias pena iuris cenſetur impoſita.l.ij. C.de noxa.l.cum contineat id quod ius com mune , ideo vt aliquid operetur intelligitur de naturali.ſed contra videtur in conſtitutio. multe leges.vbi Mathe.in fine.& in conſtitutio.rapinas.ij.glo.& in cōſti.officiales reipub. vbi ꝑ Mat.ꝙ nō interpretať de morte cū ius cōe mortē non interpetrauerit,& per Mathe. in cōſti.cū vniuerſis.xi.no.& ꝑ eūdē in cōſti. qui literas.ij.no.vbi niſi dicatur caput amputetur vel ꝙ perſonam ammittat,& per Mat. in conſti.vt delicti fines.iiij.no.eodem modo ſi iudex dixerit in ſententia condemno ad penam capitalem iuxta formam ſtatutorū aut conſti.nam intelligitur dē morte naturali, ita per Fely in.d.c.ex literis.& Mar.in.d.§.oportune.&per Mat.in.d.cōſti.cōes.v.no.facit cō ſti.capitalē penam ſub rub.de rap.ꝗ approbat l.i.C.de ra.vir.& tñ vocat capitalē ꝗ de morte intelligitur iuxtā.d.l.i.& vide quatuor limitationes in hoc ꝑ Fely.plene in.d.c. qualiter. & quādo.lo.ij.§.ad corrigendas.de accuſ.ver. vltimo tangit quas hic referas.& alias limitationes in.c.at ſi clerici.in addi.poſt Panor. ver.ad tertium.de iudicijs vbi etiam intelligitur de morte ſi vltra capitalē penam imponat publicationem bonorum.& ideo in regno cū pro homicidio ſit pena mortis idem iure ciuili,vt ſupra aſſerendo iudex cōdemnamus ad penam capitis intelligitur de morte naturali, idem ſi dicat iuxta diſpoſitionem conſtituti. reg.& ideo conſti.terminum vite.vt euitaret ne in benigniorem partem fieret interpetratio dixit vltore gladio penam ſubeat capitalē

adiecit enim ultore gladio que verba de no-
tant mortem naturalem ut ſupra diximus.
18 ¶ † Que autẽ ſit pena capitalis dic ue p Bart.
Imo. Alexan.poſt Bar.in .l.ij.ff. de publ. iudi.
doct.in.d.l.trãſigere. Bal.in.l. data opera &
in.l.reos.C.qui accuſ.po.et per Math.in locis
ſupra vt in.d.conſti.cum uniuerſis.xl.no.& in
conſti.qui litteras.ij.no.& Feli.in.d.c.ex litte-
ris.ij.declara.de conſti.& per Bel.in pract. in
titu.de penis capita.& in titul. de pena Capi.
vbi que & quot ſiue Eodem modo per ſupra
dictam limitationem dicendum eſt ſi dicat iu
dex cõdemno ad furcarũ ſuſpendiũ ꝙ ex quo
ſuſpenſus furca mori debet per.d.conſti.termi
num vitæ intelligitur taliter ꝙ moriatur maxi
me ſi ſe referat ad conſti.illam adiecit enim.d.
conſti ꝙ ſuſpenſi ſubiiciantur vltimo ſuppli-
cio vt de morte intelligatur per ſupra dicta.
item adiecit conſti. magiſtros mechaniarum
ibi in fi.ibi ſuſpenſus in furcis mortis periculũ
ſubeat,non ſic in conſti.quicunq; toxicum vbi
ſimpliciter dicitur ꝙ ſuſpendatur caueat er-
go iudex vt tollat dubitationem vt ſubijciat
taliter ꝙ moriatur & anima a corpore ſepa-
19 retur. ¶ † Sed quid ſi condemnatur ad mortẽ
& furcarum ſuſpeudium & in ſuſpendendo
rumpitur funiculus an iterum poſſit ſuſpendi
an vero ſatisfactum eſt ſententię diximus d e
hoc ſupra & per Bel. in pra.in titu. de ſenten.
crimi.vbi etiam de predictis quando ad ſentẽ
tiam capitalem condemnatur & per Par. in
d.verbo pena ver.an ſi iudex deci.in reg. fa-
uorabiliores.ff.de reg.iur. quod dixit verum
Lu.de pen.in.l.i.C.de deſerto,ſi fuit antea pro
20 teſtatus de ſua innocẽtia. ¶ † Sed an furce eri
gi poſſint in domo delinquentis & in quo lo-
co dic ꝙ iudex ad terrorem hoc poteſt facere
ut per Par.in.d.tra.in verbo contumatia ibi
ratione contumatię poteſt furcas erigere in
domo fugientis,& contumacis ubi multa de
furca & eius ſignificatione Imo erigi poſſunt
in loco commiſſi delicti licet locus ſit priua-
tus ut per par.in.d.tract.in verbo furcarũ ere
ctio & ibi an poteſt cogi dominus loci vende
re locum pro iuſtitia facienda et an debeat ha
bere precium & an poſſit cogi dominus ani-
malis vt preſtet animal ad executionem iuſti
tiæ faciendam & an teneatur fiſcus ſeu iudex
& debeat ſoluere deteriorationem animalis
dic ibi ut per eũ & p eũdẽ in car.xxix.ver. an
21 officialis. ¶ † Et de erectione ſurcarũ,in quo lo
co fieri debeat per Ang. in glo. vſq; ad locum
iuſti tiæ & Alex.poſt Bart.in.l.capitalium.§.
famoſos.ff.de penis & Saly.in.l.ſi vero.C.de
adult. Auguſt.poſt Ange.ubi ſupra in.d. glo.
dicit procedere in famoſis latronibus & delin-
quentibus & non in alijs ut per eum.Et no. ꝙ
iudex ex cauſa poteſt diſpenſare ꝙ executio
pene capitalis fiat ĩ alio loco quã in loco ſolito
22 ut per Math.in cõſti.monarchiã vi.no. ¶ † Et
no.ꝙ facta executione et furca ſuſpenſus non
põt a furca ſuſpẽſus deponi& amoueri etiam
per conſanguineos abſq; licentia iudicis alias
punitur vt per Mar.in.l. circuncidere.§.ſeruo
23 ff.de ſicar.& in.l.fi.ff.de queſtio. ¶ † Et an qs
cogi poſſit ut ſit carnifex & maniuoltus & an
